University of St. Michael's College
3 1761 08051742 8

TRANSFERRED
ST. PAUL'S SEMINARY
UNIVERSITY OF ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

AUG 23 1956

NOUVELLE
REVUE THÉOLOGIQUE.

ACTES DU SAINT SIÉGE.

I.

EPISTOLA SANCTISSIMI PATRIS

AD EMUM CARDINALEM JACOBUM ANTONELLI, EXTERIS NEGOTIIS PONTIFICIÆ DITIONIS GERENDIS PRÆPOSITUM, DE SUPPRESSIONE ORDINUM RELIGIOSORUM ROMÆ INTENTATA AB USURPATORE SUBALPINO GUBERNIO [1].

In luctuosissimis hodiernis temporibus peracerbo novorum ac rabidorum in Ecclesiam conatuum spectaculo quotidie assistere compulsi, præcipua quadam ratione necessitatem hodie experimur sumendi calamum, ut palam tibi, Dilecte Fili Noster, faciamus amarissimam, quam passi sumus, amaritudinem, quum nuper rescivimus factam a ministrorum usurpatoris hujus Gubernii Præside denuntiationem de certo ejusdem proposito rogandi quamprimum popularium oratorum cœtui legem de religiosis Ordinibus in hac Urbe Nostra, Vicarii Jesu Christi Sede catholicique orbis metropoli, abolendis. Declaratio hæc, quæ magis magisque verum detegit finem, quem potestatis temporalis exspoliatio in detrimentum Sedis Apostolicæ patrata intendit, nova est injuria, non modo Nobis, sed universo orbi catholico illata. Ecquis enim ausit infi-

(1) L'original de cette lettre est en italien. Nous empruntons la traduction latine de l'excellent recueil intitulé : *Acta Sanctæ Sedis in compendium opportune redacta et illustrata*, Vol. VII, pag. 3 et seq.

ciari, religiosorum Ordinum Romæ dissolutionem, vel arbitrariam tantummodo eorum existentiæ limitationem, non solum Romani Pontificis libertatem et independentiam pessundare, verum etiam ex ejus manibus abripere unum e potentioribus efficacioribusque mediis pro universalis Ecclesiæ gubernatione ?

Nemo non scit, quemadmodum christianæ familiæ centrum Roma est, ita religiosas domos, quæ pluribus jam abhinc sæculis ibi erectæ sunt, centrum, ut ita dicam, omnium Ordinum et singularum Congregationum per catholicum orbem existentium constituere. Sunt ipsæ tot veluti seminaria indefessis Pontificum Romanorum curis exstructa, piorum oblatorum, exterorum quoque, magnanimitate dotata, supremaque pontificia auctoritate, ex qua vitam, disciplinam consiliumque hauriunt, temperata. Hujuscemodi domus constitutæ ac destinatæ sunt ad operarios ac missionarios in quasque orbis partes immittendos. Quin historia consulatur, ut emolumenta perspiciantur christianæ reipublicæ atque adeo ipsi humano generi a sectatoribus hisce evangelicorum consiliorum allata, sufficit oculorum acie varias Europæ regiones, ac remotiora et inhospita Asiæ, Africæ, Americæ atque Oceaniæ littora obire, ubi et hodie flagrantes isti Dei ministri vires, valetudinem, vitam quoque, mira prorsus sui ipsius despicatione, in populorum utilitatem devovent ac salutem.

Jam vero, religiosis in Urbe Ordinibus abolitis, vel qualibet etiam sub forma illorum existentia coarctata, haud fieri amplius poterit, ut piarum hujusmodi ac beneficarum institutionum commoda, sicut hodie, terrarum orbis experiatur. Romæ scilicet præcipui exstant novitiatus, qui novos fidei præcones instituendos curant ; huc religiosi cujusvis nationis accurrunt, ut spiritum temperent, sibique creditarum missionum reddant rationem ; hic sub Apostolicæ Sedis tutela, domorum etiam exterarum res aguntur ; hic ex religiosorum variarum nationum concursu Superiores generales, Ordinum Magistratus, cunctarumque provinciarum Præpositi eliguntur. Qui igitur spes foveri potest fore, ut, magnis istis centris eversis, in conditionibus in quibus præsenti tempore versantur, et sine supremo hoc regimine, vivificum ac beneficum operariorum evangelicorum opus eosdem ac hodie fructus gignat ?

Minime sane : religiosas Romæ domos abrogare nihil est aliud, quam communitates per totum terrarum orbem disseminatas interimere ; quemadmodum illas possessionibus suis hic viduare idem prorsus est, ac legitima sua proprietate Ordinem universum exspoliare. Religiosorum igitur Ordinum in Urbe abolitio non patens modo est erga viros optime de civili societate meritos injustitia, sed veri quoque nominis violentia jus illud evertens, quo catholici totius orbis nationes invicem colligantur.

Necessario autem grati quoque animi ergo affirmandum est, religiosarum domorum Romæ exstinctionem haud leve Apostolicæ huic Sedi detrimentum uno eodemque tempore allaturam ; illustriores siquidem ex earum sodalibus, tamquam perutiles in sacro ministerio adjutores, variarum ecclesiasticarum Congregationum famulatui sese devovent, tum de variis eorum sollicitudini commissis missionibus notitias suppeditantes ; tum severioribus ad errores refutandos studiis incumbentes ; tum prudenter de variis, quæ singularum catholici orbis Ecclesiarum mores respiciunt, quæstionibus sententiam dicentes.

Satis igitur superque, Dilecte Fili Noster, verus patet scopus, quo proposita usurpatoris Gubernii lex de religiosis Romæ Ordinibus abolendis collineat. Scilicet hæc nihil est aliud, quam diri illius ac perniciosissimi machinamenti continuatio, quod a die violentæ Urbis occupationis simulate in dies struitur non modo in auctoritatis Nostræ temporalis, sed in detrimentum præcipue supremi Nostri Apostolatus, pro cujus utilitate auferendum Nobis Ecclesiæ patrimonium per ridiculum prædicabatur : patrimonium, inquam, mirabili divinæ providentiæ consilio Romanis Pontificibus commissum, ab ipsisque amplius undecim sæculis perquam sacris legitimisque titulis possessum, in totius nempe catholicæ familiæ emolumentum.

Eccui autem fucum facere hodie posset hujusce machinamenti indoles eo spectantis, ut Nostram supremi Ecclesiæ Capitis auctoritatem deleat, ut dignitatem deprimat, ut augusti ministerii Nostri exercitium præpediat, ut sæcularem denique Sedis hujus Apostolicæ ordinem pervertat ? Ipse, Dilecte Fili Noster, ipse, inquam, testis quotidie es usurpationum, quæ nunc sub una, nunc sub alia

specie peraguntur, in Religionis, bonorum morum et æquitatis perniciem : quæ quidem usurpationes ad illius exitialis propositi exsecutionem omnes collineant. Quorsum enim spectat quæ sensim fit de Nostra auctoritate subductio cunctarum charitatis ac beneficentiæ institutionum, ephebeorum ac lyceorum publicorum, quæ cariorem semper atque anxiorem Pontificum prædecessorum Nostrorum sollicitudinem efformarunt? Quorsum infausta illa lex, quæ Deo dicatos adolescentes militari servitio per vim addicens, lætiores Ecclesiæ spes, inexorabilis ad instar falcis, præcidit, eximiaque novorum ac laboriosorum ministrorum acie Sanctuarium Claustrumque defraudat? Quorsum effrenata illa libertas docendi impune cujusque generis errores, qua typis, qua publica ac nequissima prædicatione, impudenter adeo ab hominibus religionis suæ desertoribus et Ecclesiæ auctoritati rebellibus habita? Quorsum illa morum dissolutio, procax in publicis spectaculis licentia, diuturnæ in Icones Sacras et Dei ministros contumeliæ, frequentes religiosi cultus profanationes, rerum omnium per quam sacrarum et inviolabilium abominandus irrisus, præstituta denique honestæ cujusvis et Ecclesiæ ac Pontifici benevolæ personæ oppressio ? Noscis, Dilecte Fili Noster, quo cruciatu cor Nostrum dilaceretur, quum tot Ecclesiæ calamitates quotidie intueamur. Ad remedium vel minimum hisce afferendum impotes effecti, gregis Nostri mala lacrimis tantum prosequi valemus : palam tamen vocem attollimus, ut adversus violentias, quas Ecclesia patitur, lamentemur ac protestemur, utque palam orbi faciamus miserandam, in quam ob temporum improbitatem redacti sumus, conditionem.

Potuissemus equidem supplicium partim effugere, amarum adeo calicem quotidie bibendi, tamque lacrimabili spectaculo per Nos ipsos assistendi, in exteram aliquam regionem asylum quæritantes. Verum, si maximi pro Religionis commodo momenti rationes suaserunt, in præsenti rerum conditione non esse Nobis dilectissimam istam Urbem, Romani Pontificatus Sedem, modo relinquendam; id certe non sine speciali divinæ providentiæ consilio factum est, ut suis ipse oculis orbis intueretur, quænam Ecclesiam Romanumque Pontificem sors maneat, si quando supremi illius

Apostolatus libertas ac independentia in discrimen veniat ob status ab omnipotenti Deo provide constituti permutationem.

Et qua sane ratione post novum rerum ordinem Pontifex potest liber ac nulli subjectus appellari? Nequaquam satis est, eum materialiter personæ liberum impræsentiarum dici posse : debet ipse esse atque omnium oculis apparere liber, ac nulli obnoxius in supremæ suæ auctoritatis exercitio: Jam vero Pontifex neque est, neque umquam erit liber et independens, quousque suprema ejus potestas adversæ auctoritatis præpotentiæ ac libidini subjiciatur ; quousque sublime ipsius ministerium motuum politicorum influxui ac tyrannidi objiciatur ; quousque illius leges ac decreta partium studii ac offensionis pro singulis nationibus suspicione immunia sint. In nova rerum conditione post Ecclesiæ patrimonii usurpationem Pontificatui facta, binas inter potestates conflictus vitari nullo pacto potest : conciliatio et concordia ex hominum voluntate nequit pendere : relationibus binas inter potestates in absurdo systemate constitutis, effectus alii esse non possunt, quam qui ex oppositis elementis suapte natura promanant, quæ quidem elementa assiduam ac peracerbam inter easdem potestates contentionem necessario debent fovere.

Ipsa quoque historia binas inter auctoritates conflictibus, ac perturbationum in christiana familia exemplis redundat, quoties Romani Pontifices extraneæ potestatis auctoritati vel momento temporis subjecti sunt. Clare autem hujusce rei emicat ratio. Terrarum orbe in ingentem ditionum numerum diviso, quarum quidem aliæ aliis mimine obnoxiæ, aliæ maximæ ac potentes, aliæ vero pusillæ ac debiles, pax ac tranquillitas in fidelium conscientiis haud aliter potuit radices agere, quam quod probe scirent ac certi essent, communem fidelium Patrem a studio partium alienum omnino animum gerere, ejusque actus nullius prorsus esse arbitrio mancipatos. Jam vero, ecqua id hodie ratione posset obtineri, quandoquidem Romani Pontificis actus obnoxii perpetuo sunt factionum agitationi, gubernantium arbitrio, periculo ubique conspiciendi quietem suam, ac ipsam consiliariorum ministrorumque suorum tranquillitatem perturbatam?

Sacrarum quoque Congregationum libertas, quarum est quæ-

stiones dirimere, cunctisque catholici orbis postulationibus respondere, interest maximi tum Ecclesiæ securitati, tum legitimis christianarum omnium nationum gravissimis necessitatibus. Et sane interest, ut nemo umquam in suspicionem adducatur de omnimoda decisionum ac decretorum a communi fidelium Patre editorum libertate. Interest, ut extranearum in pontificiis resolutionibus coactionum formidine nemo perturbetur. Interest, ut Pontifex, Congregationes atque ipsum Conclave, non reapse modo libera sint, verum ut libertas hæc evidens quoque ac manifesta appareat, atque de hoc neque dubium suboriatur neque suspicio. Age vero : quum religiosa catholicorum libertas libertatem Pontificis tamquam indeclinabilem conditionem subaudiat, hinc sequitur,numquam fore, ut, si Pontifex,supremus judex, ac vivum fidei legisque catholicorum organum, liber non est, possint ipsi certi esse de illius actuum libertate ac independentia. Hinc fidelium animorum fluctuationes et anxietates; hinc religiosæ regnorum perturbationes ; hinc catholicæ illæ significationes , internæ spiritus sollicitudinis symbolum, quæ a violenta reliquæ Pontificiæ ditionis exspoliatione magis magisque in dies excreverunt, quæque numquam deficient, nisi quum catholicæ familiæ Caput in absolutæ veræque independentiæ possessionem restituatur.

Hoc posito, haud ita facile existimari potest, qua tandem ratione serio homines adhuc loqui queant de conciliatione Pontificatum inter ac rapax Gubernium. Ecquænam sane conciliatio in præsenti rerum conditione locum habere posset? Nequaquam de simplici agitur quæstione sive in politico, sive in religioso ordine oborta, quæ idoneos pro congrua dispositione terminos admittat. Agitur econtra de conditione Romano Pontifici per vim creata, quæ pæne ex integro libertatem illam et independentiam evertit, quæ pro Ecclesiæ regimine necessario admodum requiritur. Quamobrem hujuscemodi conciliationi operam præstare, idem prorsus esset ex Romani Pontificis parte, ac non modo omnibus Sanctæ Sedis juribus ab augustis Prædecessoribus fidei ejus commissis nuntium remittere, verum etiam ex propriæ voluntatis actu æquo animo ferre ; ut in supremi ministerii exercitio

impedimenta nanciscatur ; ut inquietas atque exagitatas fidelium conscientias relinquat ; ut liberæ veritatis declarationi viam sibi ipse præcludat ; uno verbo, ut gubernii libidini sponte committat sublime illud mandatum, quod directe a Deo Romanus Pontificatus accepit, severa devinctus obligatione illius ab humana quacumque potestate independentiam sartam tectamque tuendi.

Minime sane : Nos acquiescere nequaquam possumus aggressionibus adversus Ecclesiam, sacrorum ejus jurium spoliationi, indebitæ civilis potestatis in religiosas res immistioni. Fortes et inconcussi in concrediti curæ Nostræ gregis negotiis honorabiliter cunctisque mediis, quæ in manu Nostra adhuc supersunt, tuendis, parati sumus majora quoque supplicia tolerare, atque adeo ipsum, si opus sit, sanguinem profundere, potiusquam alicui ex officiis a supremo Nostro Apostolatu Nobis impositis deesse. Quid plura? Numquam, Deo opitulante, cessabimus fortitudinis virtutisque exemplum præbere Ecclesiæ Pastoribus, ceterisque sacris ministris, qui luctuosissimis hisce temporibus tot pro Dei causa, pro bono animarum, pro sacri fidei depositi defensione, pro æternorum honestatis justitiæque principiorum incolumitate prælia præliantur.

Quid porro, Dilecte Fili Noster, de simulatis illis cautionibus dicemus, quas rapax Gubernium ostentavit velle se Ecclesiæ Capiti largiri, ea mente, ut imprudentium simplicitati fucum faceret, utque politicis illis factionibus, quibus Romani Pontificis libertas curæ certe non est, telum suppeditaret? Quacumque alia omissa disquisitione, quæ et hodie Romæ fiunt, quo tempore maximi interesset, de vi et efficacia celebratæ legis Europam fieri certiorem, eloquentiora sunt argumenta, quibus futilitas ejus et impotentia demonstretur. Et re sane vera, quid juvat Romani Pontificis personæ ac Sedis immunitatem prædicare, si Gubernium viribus caret tuendi Nos a quotidianis contumeliis, quibus auctoritas Nostra objicitur, et ab injuriis contra Nostram ipsam personam modis innumeris iteratis ; ac si, una cum honesto quolibet, dolenter admodum conspicere cogimur, qua tandem ratione in quibusdam, etiam recentissimis casibus pœnalis justitia administretur ? Quid juvat habitationis Nostræ januam non obserare, si

nequaquam inde pedem efferre liceat, quin impiis odiosisque spectaculis assistamus ; quin perditorum hominum, qui ad improbitatem ac perturbationem fovendam huc affluxerunt, Nos opprobriis objiciamus ; quin periculum subeamus conflictus inter cives, invito licet animo, ciendi ? Quid juvat personales pro summis Ecclesiæ Magistratibus cautiones polliceri, si coguntur quoque propriæ dignitatis insignia per vias occultare, ne cuivis pessimæ tractationis generi objiciantur ; si Dei ministri ac perquam sacræ res irrisione ac ludibrio excipiuntur, ut quandoque ne deceat quidem augustiores sanctæ nostræ Religionis Cæremonias publice exsequi ; si sacri denique catholici orbis Pastores, qui Romam debent identidem petere, de suarum Ecclesiarum negotiis rationem reddituri, possunt et ipsi, sine veraci ulla cautione, iisdem contumeliis iisdemque forsan esse periculis obnoxii ?

Nil juvat pastoralis Ministerii Nostri libertatem proclamare, quum legislatio tota, in maximi quoque momenti articulis, quemadmodum sacramenta sunt, fundamentalibus principiis universalibusque Ecclesiæ legibus aperte repugnat. Nil juvat Supremi Hierarchæ auctoritatem pro lege habere, quum actorum ab eo manantium effectus nequaquam observatur ; quum Episcopi ipsi, ab eo electi, haud legitime recipiuntur, inauditaque injuria prohibentur legitimo suarum Ecclesiarum patrimonio frui, atque ipsas quoque episcopales domos adire : ita ut ad extremam ipsi inopiam redigerentur, nisi quæ Nos fidelium charitas alit, modum Nobis, huc usque saltem, suppeditasset, pauperis obolum cum ipsis partiendi. Verbo : quamnam de promissorum observatione cautionem afferre posset Gubernium, quum prima inter fundamentales ditionis leges, non modo impune a quovis cive pessundatur, verum nulla quoque et irrita a Gubernio ipso efficitur, quod, vel legibus, vel decretis, prout ipsi magis arridet, obsequium ejus ac observantiam passim eludit ?

Hæc omnia tibi, Dilecte Fili Noster, ad eum præcipue finem declaravimus, ut ipse velis Guberniorum apud hanc S. Sedem Legatos lamentabilem edocere statum, ad quem cum tanto catholicæ causæ detrimento ob novum rerum ordinem redacti sumus ; tibi mandantes, ut Nostro Pontificio nomine conqueraris ac

protesteris adversus eos qui perpetrati sunt, quique impendent conatus, non in Nostrum modo, verum in totius quoque catholicæ reipublicæ detrimentum. Quum ipsis, æque ac Nobis, conscientiarum quietis ac tranquillitatis cura incumbat, hanc certe libertatis ac independentiæ in Apostolici Nostri Ministerii exercitio deficientiam eos in pretio habituros confidimus. Quod si fidelium cuivis jus est a proprio Gubernio expostulandi, ut in religiosis rebus personalem ipsius libertatem tueatur; haud sane minus illi jus competit cautionem efflagitandi pro Ejus libertate, qui pro ipso ducis, ac fidei Religionisque interpretis munere fungitur. Quin immo Guberniorum omnium maximi interest, sive catholicam, sive alienam profiteantur Religionem, ut ingenti catholicæ familiæ pacem quietemque restituant, utque veracem Nostram independentiam propugnent. Et re quidem vera, haud ignorare Principes possunt, quod, in æternæ justitiæ principiorum defensionem ac tutelam vocatis, onus incumbit tuendi ac propugnandi causam cunctis, quotquot in terris reperiuntur, legitimiorem, quum certi sint, prout esse debent, quod, sacra Romani Pontificatus jura servantes, sua ipsi tuentur defenduntque. Nec simul poterunt oblivisci, Pontificatum Romanum thronumque Pontificium, quin impedimento sit Europæ quieti ac prosperitati, aut Italiæ majestati et independentiæ, fuisse semper unionis populos inter ac principes vinculum, concordiæ ac pacis centrum commune, Italiæ autem (fatendum tamen est) verum fastigium, independentiæ tutelam, præsidium constans, libertatisque ejus propugnaculum.

Tandem, quoniam pro Ecclesia ejusque Capite nulla potest melior cautio reperiri, quam preces Illi profusæ, in cujus manibus regnorum sortes sunt, quique nutu potest fluctus componere tempestatemque serenare; ideo Nos numquam intermittimus assiduas fervidasque Altissimo supplicationes offerre pro tot malorum cessatione, pro peccatorum emendatione, proque Matris Nostræ Ecclesiæ triumpho. Nostras has precationes illis adjungentes, quas amantissimi filii Nostri per catholicum universum orbem disseminati porrigunt, haud abstinere Nos possumus, quin præcipuam omnibus benedictionem, grati quoque animi ergo, implore-

mus, quæ a novis et horrendioribus suppliciis eos arceat; firmos stabilesque in honoris principiis virtutisque semita conservet; ac pristinæ tandem paci et prosperitati, Sanctissima Immaculata Deipara, sponso ejus S. Josepho, sanctisque Apostolis Petro et Paulo deprecantibus, restituat.

Hanc captantes occasionem, Apostolicam tibi, Dilecte Fili Noster, benedictionem amantissime impertimur.

Datum Romæ ex Ædibus Vaticanis die 16 junii 1872.

PIUS PP. IX.

II.

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS

ET DOMINI NOSTRI DOMINI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IX CONSTITUTIO SUPER PRIVILEGIIS PROTONOTARIORUM APOSTOLICORUM AD INSTAR NUNCUPATORUM.

PIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Apostolicæ Sedis officium, quod licet imparibus meritis, tenuitati Nostræ inscrutabili divinæ providentiæ consilio demandatum est, inter multimodas curas, quibus hisce maxime temporibus premimur, hanc etiam Nobis imponit ut eas concessiones per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros factas, quæ temporis lapsu vel nimis ampla et prava interpretatione, magnum ecclesiasticæ disciplinæ detrimentum attulerunt, eas prout exigit necessitas, ad rectum mentis ipsorum Prædecessorum Nostrorum et Nostræ tramitem reducere, studeamus: idque potissimum et ipsa rei gravitas et augusta Ecclesiæ liturgia nec non et varia Prædecessorum Nostrorum temperamenta, alias ad eumdem finem adhibita, visa

(1) Rigantius et la plupart des auteurs à sa suite font remonter au dixième siècle l'origine des Protonotaires Apostoliques *ad instar Participantium.* Cf. Rigantius, *De Protonotariis Apostolicis,* Dissert. II, n. 121.

sunt Apostolicæ decisionis oraculum postulare. Sane, ut patet, Protonotarios Apostolicos *ad instar Participantium* nuncupatos, insignibus privilegiis Romanorum Pontificum benignitate auctos fuisse. Verum, ut est humanæ naturæ infirmitas, sive ex prava eorumdem privilegiorum interpretatione, sive etiam ex immoderato honorum desiderio, non raro extra Urbem contigisse compertum est, ut plures ex memoratis Protonotariis non sine gravi Episcopalis dignitatis injuria indebitas sibi prærogativas, præsertim in Pontificalibus exercendis usurpare præsumpserint. De hujusmodi abusibus quum frequentissimæ expostulationes a non paucis Episcopis ad Nos delatæ fuerint et porro deferantur, Nos ad prædictos eliminandos abusus certasque edendas regulas, quibus privilegia declarentur Protonotariis Apostolicis *ad instar*, vere proprieque spectantia, modusque præfiniatur in usu eorumdem privilegiorum omnino servandus, peculiarem nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris tuendis Ritibus præpositorum cum aliquibus Romanæ Curiæ Prælatis, Congregationem deputandam duximus, cui rem universam discutiendam commisimus. Quæ quidem Congregatio, cunctis accurate diligenterque perpensis, in Conventu sub die XVIII Mensis Aprilis proxime præteriti habito, negotium sibi demandatum ad exitum perduxit atque hæc quæ sequuntur decernenda censuit.

I. Protonotarii Apostolici *ad instar Participantium* a Summo Pontifice ad hunc honorem evecti, inter Prælatos Domesticos eo ipso accensentur [1].

II. Licet illis habitu Prælatitio uti, nimirum : veste talari caudata, fascia et palliolo seu mantelletto violacei coloris cum collari et caligis item violaceis ac birreto, quod tamen omnino nigrum esse debet.

(1) L'article 1er de la liste des priviléges extraits des Bulles des Souverains Pontifes, et attestés authentiques par le Collége des Protonotaires Apostoliques participants, leur assurait cette qualité ; il était en effet conçu en ces termes : « 1. Sunt Familiares Summi Pontificis, et Prælati Domestici, ita tamen ut Ordinariorum jurisdictioni subjiciantur. » Cela résultait de différentes Bulles de Sixte IV, Paul III, et Sixte V.

III. Hunc habitum Prælatitium cum Rochetto subtus palliolum adhibere poterunt in publicis supplicationibus aliisque sacris functionibus ; in reliquis vero Rochettum dimittant ; simulque sciant numquam sibi licere, præterquam in celebratione Missæ Pontificalis Crucem pectoralem et Annulum deferre [1].

IV. Habitu privato incedentibus, fas erit iisdem Protonotariis, retento usu collaris et caligarum violacei coloris, induere vestem talarem nigram fimbriis globulisque rosaceis ornatam, circumcingere illam ad lumbos parva fascia violacea, pallium item violaceum superimponere ac pileo nigro vittam seu cordulam sericam rubri coloris, auro tamen non intertextam, adjungere.

V. Habitu Prælatitio induti, quoscumque Clericos Presbyteros, Canonicos singillatim sumptos nec non Prælatos superiores Ordinum Regularium, quibus Pontificalium privilegium non competat, præcedunt [2] : minime vero Vicarios Generales

(1) La Bulle *Laudabilis* de Sixte V, du 5 février 1586, ne permettait aux Protonotaires l'usage des insignes pontificaux que dans les *messes solennelles;* restriction que rappelait la liste des priviléges des Protonotaires *ad instar Participantium*, où on lit : « 7. Extra Urbem *in solemnibus* poterunt induere omnia pontificalia, habito tamen Ordinariorum consensu. » Notons que la défense, qui est ici faite de porter l'anneau, doit s'entendre d'un anneau orné d'une ou plusieurs pierres; car la Sacrée Congrégation des Rites a décidé maintes fois qu'ils peuvent avoir un anneau simple pendant la célébration de la messe. Ainsi le 21 août 1601, elle déclarait : « Protonotarius non participans potest.... habere annulum dum celebrat, dummodo non sit cum gemma. » Des décisions conformes furent rendues le 11 février 1623 et le 20 novembre 1628.

Quand ils officient pontificalement, ils peuvent avoir un anneau orné d'une pierre seulement, comme le porte l'article XVI de la présente Constitution : *Annulo cum unica gemma.* Leur croix pectorale ne peut être ornée d'aucune pierre et doit être portée par un cordon de soie de couleur violette, selon la teneur du même article XVI : « Cruce pectorali, *y lit-on*, sine ullis gemmis cum cordula serica violacei coloris. »

(2) Le *Cérémonial des Évêques* avait déjà assuré la préséance aux Protonotaires Apostoliques *ad instar participantium* sur les Supérieurs Réguliers. Lib. I, Cap. XIII, n. 12.

vel Capitulares, Canonicos collegialiter unitos [1] et Abbates [2].

VI. Si in habitu Prælatitio sacris functionibus assistant, non genuflectant, sed caput Cruci inclinent, uti fieri solet a Canonicis Ecclesiarum Cathedralium, duplici ductu thurificentur et consideant juxta ordinem nuper indicatum.

VII. Si forte Canonicatu aut Dignitate in aliqua Ecclesia potiantur, habitum ibi gestent sui ordinis proprium, non Prælatitium : excepta tantum veste talari, quæ violacea esse poterit, eoque consideant et incedant loco, qui ipsis ratione beneficii competit. Quod si habitu Prælatitio uti nihilominus velint, sedem occupent ipsis superius assignatam et pro ea vice distributiones quotidianas amittant, quæ Sodalibus accrescant [3].

VIII. Indulto gaudeant privati Oratorii ab Ordinario visitandi atque approbandi, in quo, diebus etiam solemnioribus, in consanguineorum et affinium secum cohabitantium nec non famulorum suorum præsentia, Missam vel per se celebrare, vel per quemcumque Sacerdotem sæcularem vel cujusvis Ordinis regularem rite probatum celebrare facere, libere possint et valeant. Privilegio autem Altaris portatilis omnino carere se sciant [4].

(1) C'est le principe posé déjà par la S. Congrégation des Rites le 12 juillet 1628. A la demande : « An Protonotarii Titulares præcedere debeant canonicos cathedralis collegialiter non incedentes ? » elle avait répondu : « Protonotarios præcedere debere, quando canonici cathedralis non incedunt collegialiter : » Gardellini, *Decreta authentica Congregationis Sacrorum Rituum*, n. 753, vol. I, pag. 164. C'est d'après cette distinction qu'il faut expliquer les nombreuses décisions, où la S. Congrégation répond que les Protonotaires doivent venir après les chanoines. Cf. Gardellini, *Ibid.*, n. 422, pag. 104; n. 2772, pag. 483 ; n. 2822, pag. 495 ; n. 2894, Vol. II, pag. 14.

(2) Après les Abbés qui jouissent d'une juridiction quasi épiscopale, et ont un peuple et un territoire. S'il s'agissait d'Abbés n'ayant pas semblable juridiction, la préséance serait due aux Protonotaires *ad instar participantium.*

(3) De nombreuses décisions ont été rendues en se sens. Cf. Gardellini, *Ibid.*, n. 422, Vol. I, pag. 104; n. 602, pag. 143; n. 823, pag. 173; n. 2772, pag. 483; n. 2818, pag. 494; n. 2822, pag. 495; n. 2833 et 2834, pag 497; n. 2894, vol. II, pag. 14; n. 3362, pag. 141; n. 3951, pag. 313.

(4) La Constitution *Quamvis peculiares* de Pie IX, en date du 9 fé-

IX. Jus habent assistendi Capellis Pontificiis ibique sedendi post Protonotarios Participantes.

X. Conficere possunt Acta de causis Beatificationis et Canonizationis Servorum Dei, quo tamen privilegio uti nequeant, si eo loci alter sit e Collegio Protonotariorum Participantium.

XI. Rite eliguntur in Conservatores Ordinum Regularium, in Judices Synodales, in Commissarios Apostolicos et Judices a Summo Pontifice adsciscendos pro causis Ecclesiasticis et Beneficiariis. Item apud ipsos Professionem Fidei recte emittunt, qui ex officio ad eamdem adstringuntur. Item coram ipsis pensiones transferri possunt ab iis, qui eo gaudent privilegio.

XII. Meminerint tamen Protonotarii Apostolici *ad instar Participantium*, minime obstantibus privilegiis superius recensitis, ipsos a locorum Ordinariis eorumque jurisdictione minime esse exemptos, sed iisdem Ordinariis juxta communis juris regulas, omnino subjectos, nec proinde sine expresso illorum assensu, numquam posse Pontificalia exercere [1].

vrier 1853, avait privé les Protonotaires *ad instar participantium* du privilége de l'autel portatif, mais leur avait laissé celui de l'Oratoire privé. On y lit en effet : « Protonotariis vero ad instar participantium, qui jam creati sint, vel in posterum creabuntur, idem altaris portatilis privilegium tollimus, eisque duntaxat concedimus indultum privati Oratorii ab Ordinario visitandi atque approbandi, in quo, diebus etiam solemnioribus, in consanguineorum et affinium secum cohabitantium nec non famulorum suorum præsentia, missam vel per se celebrare, vel per quemcumque sacerdotem sæcularem vel cujusvis Ordinis regularem rite probatum celebrare facere, libere possint et valeant. »

(1) Ce point avait encore été réglé par la même Constitution *Quamvis* de Pie IX dans les termes suivants : « Quoniam vero consueverunt Romani Pontifices, præter septem Protonotarios vulgo *participantes* appellatos, aliis etiam ecclesiasticis viris hujusmodi honorem deferre, ita tamen ut, licet de *participantium* numero minime sint, *ad eorum instar* censeantur, idcirco ut majus inter eos discrimen exstet, volumus ac mandamus, ut septem Protonotarii *participantes* a locorum Ordinariis eorumque jurisdictione liberi atque exempti, Nobisque et Apostolicæ Sedi immediate subjecti maneant, juxta Sixti PP. V concessionem; alii vero Protonotarii *ad instar participantium*, sive ad hunc honorem jam electi, sive in posterum eligendi, locorum Ordinariis

XIII. Impetrata autem Ordinarii venia, qui eam tribuere poterit quoties et pro quibus Solemnitatibus voluerit, et si Missa solemnis celebranda sit in Ecclesia exempta, obtento insuper assensu Prælati cui hæc ipsa Ecclesia subest, non idcirco memorati Protonotarii fas sibi esse putent solemne Sacrum iisdem prorsus ritibus et pompa peragere, qui Episcopali tantum dignitati conveniunt. Plura siquidem sunt quæ illis omnimode, prout sequitur, interdicuntur.

XIV. Itaque ad Ecclesiam ubi rem divinam sint solemniter celebraturi privatim accedant. Non Cappam magnam nec Pileum pontificale audeant assumere, ne unum quidem Presbyterum vel Clericum superpelliceo indutum sibi comitem adsciscant : non in templi vestibulo ab Ecclesiæ Clero associari se sinant ; non denique populum lustrali aqua ibidem aspergere, nec ipsi intra Ecclesiam benedicere manu præsumant.

XV. Item abstineant ab usu septimi candelabri super Altari,

juxta communis juris regulas subjecti omnino sint ac censeantur quemadmodum ipsos tenore præsentium Ordinariorum jurisdictioni plane subjicimus, ac proinde sine illorum assensu nunquam poterunt Pontificalia exercere. »

Malgré cette soumission des Protonotaires à l'Ordinaire du lieu, leurs bénéfices sont néanmoins réservés au Pape; de sorte qu'en cas de vacance, le Souverain Pontife a seul le droit d'y pourvoir. Ainsi le veut la 5me règle de la Chancellerie qui réserve au Saint-Siége les bénéfices de ceux qui sont censés faire partie de la famille du Pape. Ainsi l'a également décrété, le 17 avril 1818, la S. Congrégation des Rites, dont la décision fut confirmée par Pie VII le 9 juin suivant. On y lit : « 10. Beneficia eorum, qui Protonotariatum Titularem per Apostolicas litteras, vel per diploma Collegii Protonotariorum participantium assequuti sunt, nonnisi ab Apostolica Sede conferri possunt. » Gardellini, *Ibid.*, n. 4545, vol. III, pag. 103. Suivant le désir de la S. Congrégation, Pie VII a ensuite donné une Bulle pour assurer l'exécution de ce décret. C'est la Constitution *Cum innumeri*, datée des Ides de décembre 1818, et insérée dans la collection de Gardellini, *Loc. cit.*, pag. 104.

Le cas s'est présenté lorsque Mgr. Gravez, alors Protonotaire Apostolique, a été nommé Evêque de Namur. Ce fut au Pape de lui donner un successeur à la cure de Sainte Elisabeth à Mons.

sacras vestes non ex eo, sed in sacrario assumant et deponant [1], non in faldistorio eove minus in throno sedeant [2]; sed una cum Ministris in Scamno cooperto tapeto vel panno coloris officio diei respondentis, non Baculo pastorali, non Canone, non Palmatoria, non Presbytero assistente utantur; manus nonnisi semel post Offertorium ad Altare lavent. Denique nec dicant PAX VOBIS loco DOMINUS VOBISCUM dum populum salutant, nec in fine Missæ trinam benedictionem impartiantur.

XVI. Quoad ornamenta Pontificalia hisce tantum uti poterunt, scilicet : Caligis et Sandaliis sericis nec auro nec argento ornatis,

(1) Les décrets généraux, placés en tête du Missel, posent le principe suivant : « Paramenta non debent sumi de altari pro celebratione missarum, cum id competat tantum Episcopis, sive solemniter, sive privatim celebrent; inferioribus habentibus usum Pontificalium, non nisi quando in Pontificalibus celebrant. » Le Décret général d'Alexandre VII, du 27 septembre 1659, sur l'usage des Pontificaux par les Prélats inférieurs aux Evêques, contenait la même prescription. « II. Sacras vestes, *y était-il dit*, ex altari non sumant, nisi pontificaliter divinis vacaturi. » Gardellini, *Ibid.*, n. 2003, vol. I, pag. 338. L'article XV maintient ce principe. Les Protonotaires *ad instar participantium* ne peuvent donc, lorsqu'ils n'officient pas pontificalement, s'habiller à l'autel. Il n'y a qu'une exception, inscrite à l'article XIX, en faveur des Protonotaires qui disent la messe à Rome. Là ils peuvent *sacras vestes ex eodem altari sumere.*

(2) Le Siége épiscopal est un attribut de la juridiction qui convient aux Evêques, comme docteurs et pasteurs de leur troupeau. Ces qualités faisant défaut aux Protonotaires *ad instar participantium*, on ne voit aucun motif de leur accorder cette prérogative, et ce d'autant plus que la S. Congrégation la refuse même aux Evêques administrateurs, comme le prouve sa décision du 22 août 1722, où on lit : « An Episcopus civitatis ducalis, modernus administrator Ecclesiæ Sarsinaten. in functionibus pontificalibus gaudeat omnibus illis præeminentiis et prærogativis. quibus fruuntur et gaudent omnes alii Episcopi in propriis diœcesibus in casu etc.? Et *quatenus negative*. 2. An dictus Episcopus administrator amovibilis Ecclesiæ vacantis, dum cantat missas et vesperas in pontificalibus, possit sedere super cathedra episcopali elevata quatuor gradibus, parata cum baldachino ac postergale; et uti baculo? Resp. Ad 1. Negative. Ad 2. Negative quoad primam partem; Affirmative quoad secundam. » Gardellini, *Ibid.*, n. 3952, vol. II, pag. 314.

sericis item Chirothecis sine opere frygio aureo vel argenteo, Dalmatica, Tunicella, Annulo cum unica gemma, Cruce pectorali sine ullis gemmis cum cordula serica violacei coloris, Mitra simplici ex tela alba cum sericis laciniis rubri coloris, ac pileolo nigri coloris, attamen nonnisi sub Mitra adhibendo.

XVII. Hæc ipsa vero Pontificalia ornamenta assumere nequibunt in Missis pro Defunctis, in Processionibus et in quibuscumque aliis ecclesiasticis Functionibus, nisi forte Missam solemnem immediate præcedant vel subsequantur, at semper depositis in ejusmodi functionibus a Missa distinctis, Chirothecis cum Dalmatica et Tunicella.

XVIII. In Missis privatis quoad indumenta, cæremonias, ministros, Altaris ornatum, cereorum lucentium numerum, a simplici Sacerdote non differant [1], adeoque nullum prorsus ex ornamentis Pontificalibus pro Missa solemni tantum sibi indultis adhibeant, atque ab omnibus et singulis ritibus in ipsa Missa solemni sibi vetitis penitus abstineant.

XIX. Verum cum Protonotarii *ad instar Participantium* nequeant in Urbe, ob Summi Pontificis præsentiam, Pontificalium privilegium exercere, hinc illis Romæ permittitur ut juxta vigentem ibi usum possint in Missis privatis, dummodo habitu Prælatitio sint induti, sese ad Missam præparare eaque absoluta gratiarum actiones persolvere coram Altari in parvo genuflexorio sine strato cum duobus pulvinaribus tantum, altero sub genibus et altero sub brachiis ; sacras vestes ex eodem Altari sumere,

(1) Voici ce qu'on lit dans le décret général, déjà cité, d'Alexandre VII, et qui peut servir de commentaire à cet article XVIII : « 21. In missis privatis quoad indumenta, cæremonias, ministros, altaris ornatum et benedictionis largitionem, a simplici presbytero non discrepent ; ac proinde sacras vestes induant in sacristia, neque utantur cruce pectorali, unico sint contenti ministro, aquam cum pelvi et urceolo argenteis sibi ministrari non sinant, duasque tantum candelas super altari adhibeant. » Gardellini, *Ibid.*, n. 2003, vol. I, pag. 339. Si les Prélats, jouissant du privilége des Pontificaux, sont tenus d'observer ces règles, à combien plus forte raison, les Prélats, qui n'ont pas ce privilége, sont-ils obligés de ne pas s'en écarter!

palmatoria uti ac Presbyterum superpelliceo indutum adhibere, qui Missalis folia illis evolvat : salvis tamen quoad Patriarchales Basilicas peculiaribus statutis et consuetudinibus ibidem laudabiliter observatis, et cauto semper ut abstinere omnino debeant ab Annulo et Cruce pectorali ; ab usu pileoli, a salutatione populi per verba *Pax Vobis*, a trina benedictione in fine Missæ et ab aliis quibuscumque ritibus et cæremoniis, nonnisi S. R. E. Cardinalium et Episcoporum propriis.

XX. Recensita hactenus privilegia illa sunt, quibus dumtaxat Protonotarii *ad instar* ab Apostolica Sede donantur. Verum non aliter illa exercere licebit iis qui hujusmodi honorem rite fuerint consecuti, nisi antea Apostolicas Litteras vel legitimum Diploma suæ nominationis in officio Secretarii Collegii Protonotariorum Participantium exhibuerint, cujus erit in codicem referre nomen, cognomen, ætatem, patriam et qualitates novi Protonotarii *ad instar*, nec non diem expeditionis prædictarum Litterarum Apostolicarum seu Diplomatis; nisi insuper coram Decano Protonotariorum Participantium vel per se, si Romæ versentur, vel etiam per legitimum Procuratorem, si alibi commorentur, Fidei professionem et Fidelitatis juramentum præstiterint, et nisi denique de sua legitima nominatione nec non de Fidei professione et Fidelitatis juramento a se ut supra præstitis authenticum documentum nomine totius Collegii Protonotariorum Participantium ab hujus Decano et Secretario subscribendum et Collegii ipsius Sigillo muniendum, Ordinario præsentaverint, una cum notula typis impressa honorum, privilegiorum et prærogativarum Protonotariatui *ad instar* inhærentium ad formam præsentis Decreti, iisdem prorsus quibus supra subscriptionibus et Sigillo munita [1].

(1) La S. Congrégation avait déjà prescrit quelque chose de semblable dans son décret du 27 avril 1818. « Idem porro, *lit-on au n.* 15, Protonotariatus privilegium, in Secretaria Protonotariorum *participantium* recognitum, exhibeant Ordinario, apud quem, vel apud aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, fidei professionem et fidelitatis juramentum emittant. » Gardellini, *Ibid.*, n. 4545, vol. III, pag. 103. Cette profession de foi et ce serment de fidélité doivent aujourd'hui être émis devant le Doyen des Protonotaires *participants*, ainsi que l'ordonne la Constitution de Pie IX.

XXI. Qui secus facere aliisve, præter memorata, privilegiis et juribus uti præsumpserint, si ab Ordinario semel et bis admoniti non paruerint, eo ipso Protonotariatus honore privatos se sciant.

XXII. Quæ supra de usu Pontificalium et de modo Missam privatam celebrandi quoad Protonotarios *ad instar Participantium* decreta sunt, a cæteris etiam Romanæ Curiæ Prælatis, quibus ex Constitutionibus aliisve specialibus Indultis Apostolicis privilegium Pontificalium competat, erunt adamussim servanda. Si qui vero Prælati et Prælatorum Collegia amplioribus hac in re prærogativis se aucta fuisse arbitrentur, peculiaria sua jura in Sacrorum Rituum Congregationem deducant, ut quod e canonicarum Sanctionum præscripto visum fuerit, opportune decernatur.

XXIII. Cum autem intra privilegia quibus a Romanis Pontificibus nonnulla Cathedralium aliarumve Insignium Ecclesiarum extra Urbem Capitula decorata fuerunt, illud quoque fuerit identidem concessum, ut prædictarum Ecclesiarum Canonici titulo gaudeant Protonotariorum *ad instar Participantium;* attente perpendant istiusmodi Capitula ex nudo hoc titulo singulis Canonicis Pontificia benignitate tributo, minime deduci posse privilegia quoque ipsis indulta fuisse eorumdem Protonotariorum propria, sed juxta regulam a sacra Rituum Congregatione in generali Decreto diei 27 Aprilis 1818 traditam et a Sa. mem. Pio VII Idibus Decembris ejusdem anni in Constitutione *Cum innumeri* confirmatam, meminerint « Leges et conditiones in Apostolicis Indultis præfinitas, « accurate diligenterque servandas, neque ulli fas esse conces- « sionis limites pro suo arbitrio prætergredi, vel in Romana Curia « id genus Insignia deferre, vel sibi singulatim et extra Collegii « functiones attributa existimare, quæ corpori tantummodo sunt « collata. »

XXIV. Cæterum, prædicta Congregatio particularis, hoc Decreto nihil detractum voluit de juribus, privilegiis et exemptionibus Collegio Protonotariorum Participantium juxta Constitutiones Apostolicas, ac præsertim juxta Litteras in forma Brevis *Quamvis peculiares facultates*, die 9 Februarii 1853 datas, quoquomodo spectantibus.

Nos igitur, qui certum ordinem in omnibus servari sinceris

desideramus affectibus, præmissa omnia et singula a præfata Congregatione digesta atque statuta, Apostolica Auctoritate, tenore præsentium, confirmamus et approbamus, eaque veluti Motu proprio, certa scientia ac de Apostolicæ Potestatis plenitudine constituimus, ordinamus atque sancimus.

Decernentes præsentes Litteras, etiam ex eo quod in præmissis et circa præmissa, jus vel interesse habentes seu habere quomodolibet prætendentes, vocati et auditi non fuerint, nec eis consenserint, ab omnibus ad quos nunc spectat et in futurum spectabit, perpetuo et inviolabiliter observari debere; easdemque nullo umquam tempore, ex quavis causa, quantumvis juridica privilegiata, ac ex quovis capite, colore et prætextu, de Subreptionis vel Obreptionis ac nullitatis vitio seu intentionis Nostræ aliove quolibet etiam substantiali defectu, notari, impugnari, aut adversus illas oris aperitionem vel aliud juris facti vel gratiæ remedium intentari posse; sed eas semper et perpetuo validas et efficaces existere suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere.

Sicque et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios vel Delegatos quavis auctoritate et potestate fungentes, seu honore præeminentia ac dignitate fulgentes, etiam causarum curæ Cameræ Apostolicæ Auditores ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos atque Apostolicæ Sedis Nuncios, sublata eis et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, judicari et definiri etiam debere, ac irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et Cancellariæ Apostolicæ regula *De jure quæsito non tollendo*, ac quibusvis specialibus vel generalibus Apostolicis Constitutionibus atque privilegiis, gratiis et indultis, etiam confirmatione Apostolica vel quavis alia firmitate roboratis atque litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis quibusvis Capitulis, Collegiis ac etiam peculiaribus personis, quacumque ecclesiastica aut mundana Dignitate fulgentibus, quamtumvis specifica et individua mentione dignis, quocumque tempore

concessis, nec non quibusvis consuetudinibus etiam immemorabilibus : quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma adhoc servanda foret ; illorum tenores ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata præsentibus inserti forent, pro expressis habentes, ad præmissorum omnium et singulorum effectum consequendum, latissime et plenissime ac specialiter et expresse de Apostolicæ potestatis plenitudine Motu pari derogamus ac derogatum esse volumus, cæterisque in contrarium quomodolibet facientibus quibuscumque.

Volumus autem quod præsentium Litterarum transumptis etiam pressis, manu tamen alicujus Notarii publici subscriptis et Sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ confirmationis, approbationis, constitutionis, ordinationis, sanctionis, decreti, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum IV Kalendas Septembris Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Octingentesimo Septuagesimo Secundo.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimo Septimo.

F. Card. Asquinius.

C. Gori subdatarius.

VISA

De Curia J. De Aquila e Vicecomitibus.

Loco ✠ Plumbi

I. Cugnonius.

Reg. in Secretaria Brevium.

SYNODE DIOCÉSAIN DE MALINES

DES 21-24 MAI 1872.

De tout temps l'Église a montré un vif désir que les Évêques assemblassent souvent le clergé de leur diocèse. Dès les premiers siècles, elle leur en avait fait une obligation. Pendant plusieurs siècles ils durent les réunir deux fois par an. Plus tard l'obligation fut restreinte à une fois. « Annis singulis, *porte un texte du Droit*, Episcopus in sua diœcesi synodum faciat de suis clericis, nec non Abbatibus, et discutiat alteros clericos et monachos [1]. » Cette règle, adoptée par le IVe Concile de Latran [2], fut renouvelée par le Concile de Trente dans les termes suivants : « Synodi quoque diœcesanæ quotannis celebrentur: ad quas exempti etiam omnes, qui alias, cessante exemptione, interesse deberent, nec capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur; ratione tamen parochialium aut aliarum sæcularium ecclesiarum, etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, synodo interesse. Quod si in his tam Metropolitani, quam Episcopi, et alii suprascripti negligentes fuerint, pœnas sacris canonibus sancitas incurrant [3]. »

La grande utilité des synodes pour le maintien de la discipline, pour réchauffer le zèle du clergé, réformer les abus, établir les lois les plus sages et les plus propres à faire fleurir

(1) Cap. *Annis*, 16, Dist. XVIII.

(2) « Quæ statuerint (Concilia provincialia), faciant (Episcopi) observari, publicantes ea in episcopalibus synodis annuatim per singulas diœceses celebrandas. » Cap. 6, Labb. *Concilia*, Tom. XI, col. 169.

(3) Sess. XXIV, Cap. 2, *De reformatione*.

les mœurs dans le clergé et le peuple, nous explique pourquoi l'Église tient tant aux synodes. « Persuasissimum vobis esse non dubitamus, *disait Alexandre VII aux Évêques d'Italie et des îles adjacentes*, nihil frequenti animarum recognitione, synodorumque celebratione, populorum saluti, ac veteri disciplinæ constituendæ, nihil catholicorum principum paci a Deo impetrandæ, accommodatius esse; quo intermisso, magna in moribus continuo ad omnem improbitatem ac peccandi licentiam facta est immutatio [1]. »

Aussi lorsque, dans les relations de l'état de leurs diocèses, les Évêques essaient de justifier l'omission de ces réunions, la S. Congrégation du Concile leur rappelle l'obligation qui leur incombe de ce chef, et insiste pour qu'ils la remplissent fidèlement, aussitôt que les circonstances le leur permettront. C'est ce qu'elle écrivait en 1719 à l'Évêque de Namur dans les termes suivants : « Reliquum est, ut quæ ad absolvendum munus tuum fieri cupimus, certiorem te faciam. Primum diœcesanæ synodi celebratio omnino tibi negligenda non est, et quamquam ea præterita remedium substitueris satis quidem prudens ac saluberrimum, attamen nullatenus a Tridentini sanctionibus est discedendum, nec quidquam tam utile videri debet, ut quæ ab hoc sanctissimo Concilio tanto divini Spiritus numine sunt imperata. Cum præsertim ab eadem cogenda synodo nulla impediri possis difficultate. Nam in Belgio non synodorum convocationem abnuunt magistratus, sed ne synodalia decreta absque suo consensu promulgentur. Ea vero promulgare non esset opus, cum satis in ipsa synodo publicata censeri debeant. Deinde si ea vulgare extra synodum quoque necesse foret, et impedimentum a laicorum magistratibus fieret, tunc ei removendo ab Apostolica Sede daretur opera. »

(1) Constit. 20, § 8, *Bullarium Romanum*, Tom. VI, pa 35.

Elle écrivait également le 31 décembre 1720 à l'Évêque de Bruges : « Hæc a Pontifice Maximo. Nunc ejus nomine Sacra hæc Congregatio, Interpres Tridentinæ Synodi, quædam pauca a te petit; plura tuis postulatis respondet. Quantam eadem Synodus in frequenti ecclesiasticorum conventu collocaverit spem diœcesis bene gerendæ, et quam sedulo ejus celebrationem Episcopis commendaverit, non te sane latet. Igitur ut rem adeo desideratam restituas Ecclesiæ tuæ, Sacra Congregatio majorem in modum te cohortatur; cum præsertim nullæ a te adducantur causæ legitimæ et necessariæ, ob quas isthic penitus obsoleverit. Hinc magnus tibi fructus obveniet utilitatis, gloria etiam major. »

(2) « Hoc, *dit Scavini*, a Tridentino additum est et præceptum, et quidem communissime et satis probabiliter pro solis sacerdotibus ; tum quia in hac parte Concilium solos sacerdotes nominat ; tum quia cum sacerdotes frequentissime celebrent, in ipsis facilius occurrit, quam in laicis, necessitas communicandi absque confessione. Igitur ne ad id assuescant, præceptum *quamprimum* confitendi recte eis impositum est. » *Loc. cit.*, pag. 621.

(3) Gury, *Op. cit. tom.* II, *n.* 495, Quær. 1°; *Theologia ad usum seminarii Mechliniensis*, Tract. de sacramento Pœnitentiæ, n. 53, pag. 192.

sis, interponi potest. Ratio est, quia ad integritatem confessionis pertinet declarare in actuali accusatione omnia peccata mortalia nondum accusata, quæ memoriæ occurrunt, seu *quorum habetur conscientia*, ut dicit *Tridentinum*, Sess. XIV, Cap. 5, *De pœnitentia* [1].

CONSULTATION III.

1. *Le Cérémonial des Evêques* (lib. 2. cap. 36) porte ce qui suit : « Episcopus vivens prædecessoris sui ante ipsum defuncti memoriam habere debet, et pro ejus anima singulis annis in die obitus celebrare, vel saltem missæ ab aliqua dignitate, vel canonico celebratæ assistere, et in fine absolvere.» Ce texte de la Rubrique présente deux difficultés : la première se rapporte aux translations des évêques d'un siége à un autre, la seconde, qui se rencontre plus rarement, concerne les évêques démissionnaires, que le gouvernement français a l'habitude de nommer chanoines de Saint-Denis. Sur la première de ces difficultés, nous avons une réponse de la S. Congrégation des Rites, qui la tranche définitivement en ces termes. Question : « Cæremoniale Episcoporum injungit Episcopo ut memoriam habeat prædecessoris sui proxime defuncti. Quid faciendum si proximus prædecessor translatus sit ad aliam Ecclesiam ? — Réponse : Illius Episcopi, qui decessit Cathedram tenens. » (Décret du 12 novembre 1831 in una Marsorum, n. 469 ad 18.) Les termes généraux de cette décision sont-ils également applicables aux évêques démissionnaires ? Pour moi, l'affirmative me paraît, sinon certaine, au moins très-probable. Cependant, malgré mes recherches, je n'ai trouvé aucun auteur qui traitât cette question. On objecte néanmoins que l'analogie entre les deux hypothèses n'est pas complète. En cas de translation, me dit-on, un évêque a droit aux suffrages dans sa nouvelle cathédrale, dès lors on comprend qu'il puisse n'y avoir plus droit dans son ancienne église. Mais celui qui a donné sa démission parce qu'il ne pouvait plus porter le fardeau de l'épisco-

(1) *Ibid.* Cf. *Thelogia ad usum Seminarii Mechliniensis*, Ibid.

pat, peut-il être privé de cette marque d'honneur et aussi de la sollicitude que l'Église accorde aux évêques ?

2. Me permettez-vous maintenant quelques observations sur une opinion soutenue autrefois dans la *Revue Théologique* ? A la page 508 du 2e volume, il est dit que la deuxième oraison à la messe votive des Princes des Apôtres est non pas l'oraison *Concede nos*, mais l'oraison *Concede quæsumus*. L'opinion, ajoute-t-on, qui se prononce pour la première de ces deux oraisons n'est plus soutenable aujourd'hui. Le missel (édition Périsse, 1852) indique cependant en termes formels ladite oraison : « In votivis de Apostolis, quando ponitur oratio *A cunctis*, ejus loco dicitur oratio de sancta Maria, *Concede nos famulos*. » Merati (édition romaine de 1736) et de Herdt (ce dernier prétend reproduire textuellement le missel romain imprimé à Rome en 1845 par Puccinelli) n'offrent sur ce point aucune variante avec l'édition précitée de Périsse. Dès lors il y a lieu de croire que tel est le texte véritable et authentique de la Rubrique, et par suite, pour employer les expressions de la *Revue*, que l'opinion, qui se prononce pour la première *Inter diversas* n'est plus soutenable aujourd'hui. La Revue invoque en sa faveur un décret de la S. Congrégation des Rites du 15 mai 1819, dont voici la teneur : Question. 3. « An in prædicta missa votiva S. Francisci oratio, *A cunctis*, quando dicenda est, permutari debeat in aliam B. M. V. *Concede*, prout in missa votiva Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli volunt aliqui Rubricistæ ?» —Réponse : «Vel omittendum nomen S. Francisci in oratione *A cunctis*, aut legendam orationem ad poscenda suffragia quæ incipit *Concede* etc. (Décret du 15 mai 1819, in Assisien. n. 4560 ad. 3.) Ce décret est-il applicable à l'espèce ? Non. Quoi qu'il en soit, Gardellini ou son continuateur le commente ainsi : « Cum de uno eodemque simul officium et commemorationem fieri vetitum sit, ut omnes norunt, pari ex ratione recolenda iterum non est in secunda oratione memoria illius sancti, cujus in honorem oblatum est sacrificium, vel hæc officio respondeat, vel missa ex illis sit, quas votivas dicimus : servari nihilominus in his debent qualitas et numerus orationum, quas Rubrica præscribit. Quid igitur agendum, si celebretur missa votiva de sancto

Titulari, in qua secunda oratio debet esse *A cunctis*, et per litteram ibi signatam ejusdem Titularis memoria recolenda indicatur ? Satisne erit, eadem oratione retenta, nomen Titularis omittere, vel potius aliam, quæ prima est ad petenda suffragia sanctorum illi sufficere ? Regula peti nequit a Rubrica, quæ in missis votivis de B. M. V., ne iterum de ea fiat, orationi *A cunctis*, alteram de Spiritu sancto substituendam jubet ; *et in illis de sanctis Apostolis Petro et Paulo, orationem Concede nos famulos tuos de B. M. V. In neutra ex his Missis potest subrogari oratio Concede, quæ inter diversas prima est, quia in hac etiam cum B. M. V. tum sanctorum Apostolorum peculiaris fit mentio.* Nihilominus ci. Gavantus ex hac Rubrica quæstionem sibi proponit : « An similem ob causam in Missa votiva de Patrono seu Titulari, qui nominatur in littera et in oratione *A cunctis*, debeat fieri similis mutatio ? et respondet : Satis esse in eo casu vel tacere in oratione *A cunctis* nomen Patroni seu Titularis, ne de eodem bis fiat mentio in collectis : vel nominare poteris vice illius alium pro tua devotione. » Gavanto adhæret Guyetus Bene quidem : sed hæc est privata scriptorum sententia quam Sacra Congregatio non rejicit, imo approbat : tanti tamen non est ponderis ut pro certa regula habenda sit, et non alius potius sacerdotum arbitrio relinquendus modus, scilicet orationem *A cunctis* commutandi in aliam *Concede*, quæ similiter est ad petenda suffragia Sanctorum ? Non alia certe de causa, nisi liberum sit sacerdoti vel unam potius quam aliam legere dum alterutra districte non percipitur ; vel in aliqua circumstantia, veluti illa est, de qua in Dubio proposito, præceptam in aliam commutare. En igitur ratio, qua Sacra Congregatio facultatem relinquendam esse duxit sacerdotibus vel omittendi in oratione *A cunctis* nomen Titularis vel Patroni, vel potius legendi illam, quæ prima est inter diversas, scilicet *Concede quæsumus*, etc. »

Réponse. 1° On connaît en Droit Canon deux espèces de résignations ou renonciations. La première est la résignation pure ; nous l'appelons démission. La seconde est la résignation qualifiée, c'est la permutation. En celle-ci, le bénéficier ré-

signe son bénéfice, l'Évêque son évêché, pour être nommé ailleurs. Dans l'une et l'autre, le lien qui attachait l'Évêque à sa cathédrale, à son diocèse, est rompu : il y a divorce spirituel. Ils sont devenus étrangers l'un à l'autre. Quel que soit le motif qui ait porté un Évêque à abandonner l'église à laquelle il était uni ; qu'il ait repris des fonctions ailleurs, ou qu'il achève sa vie dans la retraite, il n'en reste pas moins étranger à l'église qu'il a laissée ; il n'y garde plus ni droits ni obligations. Tel est le motif sur lequel est basée la réponse de la S. Congrégation des Rites, et il s'applique, comme on le voit, au cas de résignation simple, comme à celui d'une permutation.

2° Cette observation est très-juste. La rubrique est telle qu'on la donne ici, et ce n'est pas, ainsi que le portait la demande formulée en 1819, une simple opinion d'auteurs. Cependant il suit de là que l'enseignement des liturgistes sur ce point doit être rectifié. Car 1° la rubrique comprend les messes votives *des Apôtres*, et non pas seulement celle des Princes des Apôtres. 2° Le motif de la restriction apportée par les liturgistes, est qu'on ne peut pas faire mention deux fois de suite des SS. Apôtres Pierre et Paul. Or, il suffisait, pour éviter cette répétition, de remplacer *A cunctis* par la première oraison *Concede*, qui est ainsi conçue : « *Concede*.....ut intercessio S. Dei genitricis Mariæ, sanctorumque omnium Apostolorum, martyrum, confessorum... » Ce motif n'est donc pas le véritable, et l'on est forcé d'admettre ou que la règle s'applique à toutes les messes votives d'Apôtres, ou que dans la messe votive de SS. Pierre et Paul, l'oraison générale *Concede* pourrait remplacer *A Cunctis*. La rubrique a donc voulu désigner une seconde oraison, pour les messes votives des Apôtres, comme elle l'a fait pour les messes votives de la Sainte-Vierge.

CONSULTATION IV.

1° Il est des églises où, quand les vêpres se chantent au jubé, on ne répète point les antiennes ; on se contente d'en chanter les premiers mots ou en entier avant les psaumes et l'hymne, selon que l'office est semi-double ou double ; après les psaumes et l'hymne on fait quelques roulements sur l'orgue, et on passe en avant. Cela est-il permis en droit ; ou, sinon en droit, du moins *propter consuetudinem istarum ecclesiarum ?*

2° Au Missel Romain, il est statué, *Ritus servandus in celebratione Missæ* tit. II. *De ingressu, etc.* « 1. *Sacerdos..., accedit ad* « *altare, ministro... præcedente, superpelliceo induto.* Il n'y est fait aucune distinction entre messe privée, chantée ou solennelle, ou avec ou sans exposition du saint Sacrement. Mais on voit que généralement, au moins dans les églises rurales, les ministres, je dis, les enfants de chœur, loin d'avoir le surplis aux messes privées, ne l'ont même pas aux messes chantées ou solennelles ordinaires. Il est de droit que les rubriques de la messe sont préceptives : cela regarde-t-il non-seulement le prêtre célébrant, mais aussi, dans l'espèce susmentionnée, les enfants de chœur ? Cela reste-t-il vrai pour un diocèse où l'Évêque a prescrit que les enfants de chœur doivent avoir le surplis toutes les fois qu'il y a exposition du saint Sacrement ? Ne semble-t-il pas qu'il tolère au moins de ne pas en avoir dans les messes où il n'y a pas exposition ? A propos d'enfants de chœur, est-il permis de prendre pour leur soutane telle couleur qu'on voudra : noire, rouge, bleue, violette, orange, etc. ?

3° Est-il permis aux enfants de chœur, au prêtre officiant ou assistant d'encenser le saint Sacrement, ou la croix, ou le prêtre officiant, en tenant l'encensoir d'une seule main (droite) avec prolongement de toutes les chaînes, ou faut-il seulement de la main droite prendre les chaînes par le milieu, et de la main gauche tenir le bout par l'anneau ?

Réponse. 1. De l'exposé qui nous est fait sous ce numéro, il faut admettre que les vêpres sont chantées avec une certaine

solennité. Or, quand il y a solennité, l'orgue peut jouer à la fin de chaque psaume, au lieu de la répétition de l'antienne. C'est la disposition adoptée par le Cérémonial des Évêques pour les cathédrales [1], disposition que Piscara Castaldus [2] et Bauldry [3] étendent à toutes les églises. Ce dernier auteur ajoute même que le verset *Gloria patri* peut être modulé avec quelque solennité [4] : « Versus *Gloria patri* potest solemniori modulatione decantari, et finito quolibet psalmo, antiphona cum organo repeti, ut capite proprio diximus, et tunc unus ex clericis deputatus intelligibili voce in medio chori recitat ea quæ pulsantur per organa. »

Notre honorable consultant parle des antiennes qui précèdent ou suivent l'hymne. C'est sans doute du cantique *Magnificat* qu'il entend parler. Mais ici la règle n'est plus la même. Après le *Magnificat*, l'antienne ne peut être suppléée par l'orgue; il faut qu'elle soit chantée en entier. Le Cérémonial le marque en divers endroits [5].

« Cum per chorum repetitur antiphona Cantici, Episcopus deponit baculum... Finito cantico et repetita per chorum antiphona, celebrans cantat orationem... Cum repetitur a choro antiphona, omnes sedent... expleta antiphona omnes surgunt, canonicus vero celebrans, stans junctis manibus cantat *Dom. vob. Orem.* et orationem competentem... »

Les auteurs que nous venons de citer répétent mot à mot la rubrique du Cérémonial sans observation. Il en est de même de la plupart des liturgistes, Cuppini, Laboranti, Vinitor, Pavone, Baldeschi, Dumoulin, Bourbon. Nous n'en

(1) Lib. I, Cap. 28, n. 8 : « In vesperis solemnibus organum pulsari « solet in fine cujuslibet psalmi. »

(2) *Praxis Cærem.* lib. I, sect. 6, cap. 2, n. 5.

(3) *Man. sacrar. Cærem.* part. I, cap. 8, *de organistæ officio,* n. 4.

(4) Part. II, cap. 2, art. 1, num. 18.

(5) Lib. II, cap. 1, n. 17 ; cap. 2, n. 10; cap. 3, n. 13.

avons rencontré que deux, Merati[1] et Buongiovanni[2] qui supposent que l'orgue pourrait suppléer l'antienne qui suit le cantique *Magnificat*. Mais le texte du Cérémonial est si formel, qu'il ne nous paraît guère probable qu'on puisse s'écarter de l'enseignement commun, même en vertu de la coutume.

2° Feu M. Bourbon a fort bien traité cette matière dans son *Introduction aux cérémonies romaines*[3], et nous ne pouvons faire rien de mieux que de résumer ses enseignements. « Il ne faut pas s'imaginer, dit-il, que l'on puisse donner un costume de fantaisie aux laïcs employés dans les cérémonies, enfants ou autres. Il y a sur ce sujet certaines règles desquelles il n'est pas permis de se départir.

« Le droit commun ne déterminant pas la couleur de la soutane pour les jeunes clercs, ne fixe point non plus la couleur de la soutane des enfants, ou jeunes gens laïcs, auxquels on donne le costume ecclésiastique. Toutefois, il n'appartient pas à un curé d'adopter pour la soutane des enfants de chœur, ou des autres employés de son église, un costume insolite dans son diocèse; le bon ordre demande qu'on ne s'écarte point de l'usage diocésain, sans y être autorisé par l'Ordinaire.

« Rien n'oblige à donner à ces laïcs, enfants ou autres, les accessoires que la coutume ou la législation diocésaine ajoute au costume ecclésiastique; tels que la ceinture, le collet romain ou le rabat. Aussi, dans beaucoup de diocèses, on ne les leur donne point. On peut dire la même chose de la barrette... Ces laïcs, même les enfants, ne peuvent pas se servir de la calotte rouge, laquelle constitue un insigne dans l'Église.

« Par-dessus la soutane, ces laïcs, enfants ou autres, ont pour costume de cérémonie ou pour habit de chœur, le surplis

(1) Tom. II, part. 1, sect. 10, cap. 3, n. 16.
(2) *Cœrem. Sylva*, pag. 449.
(3) Num. 261 et ss.

ou la cotta, selon l'usage du diocèse ; jamais le rochet, pas même le rochet sans manches, ni l'aube, ni le cordon ou la ceinture sur l'habit de chœur, ni des gants, ni la mozette. Mais leurs surplis peuvent être ornés de dentelles, si quelque règlement diocésain ne s'y oppose pas.

« Comme ces laïcs ne portent l'habit clérical et le surplis que par concession, ce costume de cérémonie ou de chœur n'est pas requis pour eux dans toutes les fonctions ecclésiastiques, d'une manière aussi générale et aussi rigoureuse que pour les vrais clercs. Toutefois, on doit tenir à ce que tous ceux qui servent à un autel, où le saint Sacrement est exposé, soient en soutane et en surplis, ne fût-ce que pour servir une messe basse... Lors même que le saint Sacrement n'est pas exposé, et en dehors même des cérémonies de l'exposition et du salut, il est encore très-convenable que les laïcs qui servent à l'autel soient en soutane et en surplis. Il serait particulièrement choquant de voir des enfants ou autres, en habit laïc, servir le prêtre pour une grand'messe paroissiale, ou pour les vêpres solennelles.

« Mais on pourrait, aux jours de dimanches ordinaires, ou de fêtes moins solennelles, surtout dans les églises rurales, laisser ces servants laïcs en soutane, sans surplis. Ils peuvent même *ne prendre ni soutane, ni surplis*, mais rester en habit laïc, s'il ne s'agit que de la messe basse ou de quelque autre fonction censée non solennelle. On peut croire aussi que la même chose est permise pour une messe chantée sans aucune solennité, par exemple un jour sur la semaine pour satisfaire à la demande d'un fidèle. »

Nous n'ajouterons qu'un mot pour répondre à l'objection tirée de la rubrique du Missel. C'est que cette rubrique suppose un véritable clerc, ainsi qu'il est dit ailleurs [1] : « Si

(1) *De Decretibus*, tit. x, n. 1.

« non adsit clericus, vel alius deserviens in missa. » Une telle prescription était du reste conforme au droit. « Ex quo autem ministri, *dit Fornici* [1], per quos populus exhibebatur inservire missæ cœperunt, plures, aut saltem duo requirebantur, ut statuit Soter Papa. Et quidem clerici esse debebant. Verum cum quotidie permultæ in ecclesiis celebrarentur missæ, nec facile esset semper plures ministros præsertim clericali militiæ adscriptos invenire, permissum fuit, ut unicus sufficeret minister inserviens, quodque hoc officium etiam a laicis, in quibus pietas et modestia venerationem excitarent, exerceretur. »

3° D'après le Cérémonial des Évêques, la main gauche, appuyée sur la poitrine, tient le haut des chaînes [2]. « Si-« nistram, quæ summitatem catenularum retinet, firmam « stabilemque ante pectus tenebit. » « A cet effet, *ajoute M. Bourbon* [3], on peut se contenter de passer le pouce gauche dans l'anneau fixe, ou bien on saisit, entre le pouce et l'index gauches, toutes les chaînes ensemble, à leur extrémité, de façon que le petit couvercle qui les couronne se trouve porter sur ces deux doigts. Si les chaînes sont trop longues, on leur fait faire sur la main gauche un ou plusieurs tours. La main gauche ainsi placée demeure toujours immobile, tandis que la main droite encense. »

Quant à la main droite, pour encenser, il faut qu'elle tienne le bas des chaînes aussi près qu'on peut de l'encensoir. « Dextera vero, *dit encore le Cérémonial* [4], easdem cate-« nulas simul junctas, prope thuribulum tenet... Teneat dex-« teram, quo fieri potest, proximiorem ipso thuribulo, ita ut « parvum catenularum spatium remaneat inter ipsius manum « dexteram et thuribulum. » « L'encensement, *dit Mgr De*

(1) *Instit. liturg.*, tom. I, cap. 15.
(2) Lib. I, cap. 23, num. 8.
(3) *Op. cit.*, *num.* 484.
(4) *Ibid.*, n. 4.

Conny[1], consiste à faire brûler de l'encens devant un objet ou une personne; or, le Cérémonial n'enseigne pas à le faire, en lançant l'encensoir contre celui qu'on encense, mais bien en amenant vers lui la fumée de l'encens... » Chaque coup d'encensement consistera à élever l'encensoir vers l'objet ou la personne à qui on veut donner de l'encens, et à l'agiter doucement : on l'abaisse, et on recommence autant de fois que l'exige la cérémonie. »

M. Bourbon explique de la même manière la cérémonie de l'encensement[2]. « L'encensement ne consiste pas à lancer l'encensoir contre quelqu'un ou contre quelque objet : mais bien à conduire de la main l'encensoir vers la personne ou vers l'objet qu'on veut encenser, afin de lui présenter la fumée de l'encens. Toutefois, on ne se contente pas d'avancer l'encensoir, puis de le tenir un instant immobile devant la personne ou l'objet que l'on veut encenser; mais la main droite ayant conduit l'encensoir au point convenable, lui donne de suite quelque impulsion vers la personne ou l'objet, comme pour offrir, par ce geste, la fumée de l'encens. Ensuite on retire doucement l'encensoir vers le côté droit, en l'abaissant, si, pour le conduire, on a dû l'élever. »

Il est aisé de conclure de cet exposé que si l'on croit pouvoir tolérer, en vertu de l'usage général de nos contrées, que la main droite ne soit pas tout à fait placée en bas des chaînes, près du vase, du moins il ne sera pas permis d'encenser d'une seule main avec toute la chaîne. Il est strictement requis que la main gauche demeurant immobile tienne le haut des chaînes sur la poitrine, ou à peu près.

(1) *Cérémonial romain*, 3e édit., pag. 67. (2) *Ibid.*, num. 486.

ACTES DU SAINT-SIÉGE.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ I X ALLOCUTIO HABITA DIE XXIII DECEMBRIS MDCCCLXXII AD S. R. E. CARDINALES IN ÆDIBUS VATICANIS.

VENERABILES FRATRES,

Justus et misericors Deus, cujus inscrutabilia judicia et investigabiles viæ sunt, sinit adhuc, Apostolicam hanc Sedem totamque cum ipsa Ecclesiam ingemiscere divexatam diuturna sævaque insectatione. Non immutata sane est, sed prægravata quotidie magis conditio Nobis Vobisque facta, Venerabiles Fratres, ab occupatione Nostrarum provinciarum, et potissimum postquam ab annis jam plus duobus hæc alma urbs Nostra subtracta fuit paterno regimini Nostro. Jugis autem experientia docuit, quam merito ab ipsis hujus insectationis exordiis, impiarum sectarum machinatione promotæ et ab earumdem alumnis rerum summa potitis patratæ ac provectæ, sæpe in Allocutionibus Litterisque Nostris Apostolicis asseruerimus aperte, non alia de causa suprema civilis Nostri principatus jura tanto nisu fuisse impetita, nisi ut ita via sterneretur ad abolendum, si fieri posset, spiritualem principatum, quo fulgent Petri successores, delendamque catholicam Ecclesiam ipsumque Christi nomen in illa viventis et regnantis. Clarissime quidem id passim ostensum est ab infensis Subalpini Gubernii gestis; sed in primis ab iniquis illis legibus, quibus vel Clerici ab altaribus divulsi suaque privati immunitate ad militiam vocati sunt, vel episcopi proprio destituti fuerunt juventutis instituendæ munere suisque alicubi seminariis orbati : tamen lucidior adhuc ejusdem consilii demonstratio nunc Nobis exhibetur. Et sane : in hac ipsa urbe exturbatis ob oculos Nostros, aut etiam violenter depulsis e propria sede compluribus Religiosis Familiis, bonisque Ecclesiæ gravissimo subjectis tributo, nutuique manci-

patis civilis potestatis ; jam nunc Cœtui, ut aiunt, Legislativo proposita fuit lex illi non absimilis, quæ, non obstantibus Nostris denunciationibus et gravissimis condemnationibus, exequutioni in reliquis Italiæ partibus gradatim demandata, in hoc etiam Catholicæ fidei centro Religiosas Familias extinguere debeat, bonaque Ecclesiæ addicere fisco et publicæ objicere licitationi. Porro lex isthæc, si tamen legis nomine scitum honestare licet ipsi naturali, divino et sociali juri repugnans, multo iniquior et funestior Romæ et circumpositis obtingit provinciis. Profundius enim et acrius jura vulnerat et possessiones universalis Ecclesiæ, fonti ipsi insidiatur veri cultus socialis, quem Religiosæ familiæ immani labore parique constantia et magnanimitate non in regionibus tantum nostris promoverunt et perfecerunt, sed ad exteras quoque gentes et efferatas, posthabitis difficultatibus, molestiis, ærumnis, ipsaque vita, attulerunt et porro afferunt : ac demum propius refragatur Apostolatus Nostri debito et juri. Siquidem, deletis Religiosis Familiis aut exinanitis, cleroque sæculari ad inopiam redacto et militaris conscriptionis causa rarescente, non solum hic, ut alibi, desiderabuntur qui panem verbi populo frangant, qui fidelibus sacramenta ministrent, qui adolescentiam instituant et muniant adversus innumeras insidias ei quotidie structas ; sed Romano quoque Pontifici subducentur auxilia quibus, uti universalis magister et pastor, ad totius Ecclesiæ regimen tantopere indiget : spoliatio vero Romanæ Ecclesiæ ea occupabit bona, quæ plusquam a nostratum donationibus, ab omnium catholicorum largitate congesta fuerunt et in hoc unitatis centro constituta ; atque ita quæ Ecclesiæ universalis usui et incrementis fuerunt addicta, in extraneorum lucrum impie convertentur. Vix itaque didicimus, alterum e Subalpini Gubernii ministris significasse Legislativo Cœtui propositum ei subjicendi legem hujusmodi ; monstrosam ejus indolem illico prodidimus per epistolam die 16 junii hujus anni datam ad Cardinalem Nostrum a Publicis Negociis, ipsique mandavimus, ut novum hoc periculum Nobis impendens, sicuti cetera quæ patimur, nuntiaret Legatis apud hanc Sanctam Sedem exterorum principum. Verum cum proposita jam fuerit comminata lex, exigit omnino munus Apostolatus Nostri,

ut editas antea expostulationes coram Vobis, Venerabiles Fratres, et Ecclesia universa elata voce iteremus, uti reapse facimus. Nefarium proinde hoc facinus, in Jesu Christi nomine, cujus vice fungimur in terris, execrantes, auctoritate Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra illud damnamus una cum quolibet schemate legis, quæ sibi potestatem arroget angendi, vexandi, minuendi, supprimendi Religiosas Familias Romæ et in circumpositis provinciis, ibique Ecclesiam privandi suis bonis, eaque addicendi fisco aut aliter erogandi. Irritum propterea pronunciamus jam nunc quidquid fieri velit contra jura et patrimonium Ecclesiæ; cassamque prorsus et nullam declaramus quamlibet prædatorum bonorum acquisitionem quocumque titulo factam, quorum alienationi Apostolica hæc Sedes numquam reclamare cessabit. Auctores autem et fautores hujus legis meminerint censurarum pœnarumque spiritualium, quas ipso facto incurrendas Apostolicæ Constitutiones jurium Ecclesiæ invasoribus infligunt; et animæ suæ, vinculis hisce spiritualibus obligatæ, miserti desinant thesaurizare sibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei.

Verum acerrimus, quo perstringimur, dolor ob istas aliasque passim illatas Ecclesiæ injurias in Italia, non leviter exacerbatur præterea a sævis, quibus eadem obnoxia est alibi, persequutionibus; maxime vero in novo Germanico Imperio, ubi non occultis tantum machinationibus, sed aperta quoque vi illi funditus subvertendæ adlaboratur. Siquidem viri, qui non modo non profitentur sanctissimam religionem nostram, sed nec ipsam norunt, potestatem sibi vindicant præfiniendi dogmata et jura catholicæ Ecclesiæ. Et dum eam præfracte divexant, impudenter asserere non dubitant, nullum illi a se inferri detrimentum: imo calumniam ac irrisionem addentes injuriæ, sævientem persequutionem vitio vertere non verentur catholicorum; scilicet, quod eorum Præsules et Clerus una cum fideli populo præferre renuant civilis Imperii leges et placita sanctissimis Dei et Ecclesiæ legibus, et a religioso officio suo desciscere idcirco recusent. Utinam publicarum rerum moderatores diuturna docti experientia sibi tandem suadeant, ex eorum subditis neminem accuratius catholicis reddere Cæsari quæ

sunt Cæsaris, ideo præsertim, quod religiose reddere studeant quæ sunt Dei Deo.

Eamdem, quam Germanicum Imperium, viam iniisse videtur civilis auctoritas nonnullorum e pagis Helveticæ Fœderationis, sive decernendo de dogmatibus catholicæ fidei, sive favendo apostatis, sive exercitium intercipiendo Episcopalis auctoritatis. Genevensis vero tractus Gubernium, licet solemni pacto adstrictum ad custodiendam tuendamque in suo territorio religionem catholicam, postquam per præteritos annos aliquot edidit leges infensas auctoritati libertatique Ecclesiæ, recentius catholicas scholas suppressit, alias e religiosis familiis ejecit, alias docendi munere instituti proprio privavit ; nuperrime vero abolere contendit auctoritatem, quam pluribus jam abhinc annis ibi legitime exercet Venerabilis Frater Gaspar Episcopus Hebronensis, eumque spoliare parochiali suo beneficio; imo eo etiam progressum est, ut, publica excitatione proposita, cives illos invitaret et alliceret ad ecclesiasticum regimen schismatice subvertendum.

Non levia etiam Ecclesia patitur in catholica Hispania a Civili potestate. Siquidem didicimus, propositam nuper fuisse, et jam a Legislativo Cœtu ratam habitam legem de Cleri dote, qua non modo solemnia franguntur pacta conventa, sed omnis prorsus recti justique norma proculcatur. Quæ lex, cum spectet ad exasperandam inopiam servitutemque Cleri, et ad irritanda augendaque mala illustri illi nationi illata per postremos hosce annos in perniciem fidei et ecclesiasticæ disciplinæ a deploranda actorum Gubernii serie, sicuti Venerabilium Fratrum in Hispaniis Episcoporum justissimas eorumque firmitate plane dignas querelas jam excitavit, sic Nostras nunc poscit solemnes expostulationes.

Tristiora quoque commemoranda forent de exigua illa sed impudentissima schismaticorum Armenorum manu, quæ, Constantinopoli præsertim, per audaciam fraudis et violentiæ suæ opprimere nititur multo copiosiorem eorum numerum, qui constantes in officio et fide permanserunt. Ementito namque catholico nomine, perstant ipsi in perduellione sua adversus supremam Nostram auctoritatem ac legitimum suum Patriarcham, qui eorum artibus ejectus exul ad Nos confugere debuit. Versutia vero sua eam

apud civilem potestatem inierunt gratiam, ut non obstantibus Legati Nostri extraordinarii illuc ad res componendas missi studio et officiis, ac etiam Litteris Nostris ad serenissimum Turcarum Imperatorem datis, armorum adhibita vi, converterint in proprium usum aliquas e catholicorum Ecclesiis, coiverint in conciliabulum, sibique statuerint schismaticum Patriarcham ; atque effecerint, ut catholici sua jam priventur immunitate qua hactenus per publica pacta gavisi fuerunt.

De perstrictis tamen hactenus Ecclesiæ vexationibus alias Nobis explicatius agendum erit fortasse, si æquissimæ Nostræ denunciationes contemni pergant.

Sed tot inter mœroris causas gaudemus, Venerabiles Fratres, recreari vos posse, sicuti et Nos erigimur, ab admirabili constantia et operositate catholici Episcopatus commemoratarum regionum non minus quam ceterarum ; quarum Antistites succincti lumbos in veritate et induti loricam justitiæ et huic Petri cathedræ devinctissimi nullis territi periculis, nullis ærumnis dejecti, sive singillatim, sive conjunctim, voce, scripto, expostulationibus, pastoralibus litteris, Ecclesiæ, Sanctæ hujus Sedis, suaque sacra jura fortiter alacriterque propugnant una cum Clero et populo suo fideli, ac injustam vim cohibent, calumnias refellunt, insidias detegunt, frangunt impiorum audaciam, veritatis lucem omnibus ostendunt, confirmant honestos, compactaque unitatis robur opponunt hostium undique irrumpentium incursui, Nobisque tot Ecclesiæ malis afflictis jucundissimum solatium exhibent et potens auxilium. Quod certe validius etiam evadet, si vincula fidei et caritatis, quibus mentes junguntur et affectus, arctiora quotidie et contentiora fieri curentur. Ei porro rei assequendæ nemo peropportunum non censeat, ut qui Metropolitica auctoritate ecclesiasticis præsunt provinciis, cum Suffraganeis suis, meliori, qua per adjuncta temporum fieri possit, ratione consilia conferant, per quæ se invicem omnes in eadem mente eademque sententia obstringant et confirment, et ad difficile certamen contra impietatis ausus efficacius obeundum unanimi nisu se comparent.

Visitavit profecto nos Dominus, Venerabiles Fratres, in gladio

suo duro et grande et forti ; ascenditque fumus in ira ejus et ignis a facie ejus exarsit. Sed numquid in æternum projiciet Deus, aut non apponet ut complacitior sit adhuc? Absit : Non enim obliviscitur misereri Dominus, nec continet in ira misericordias suas : sed qui multus est ad ignoscendum, ac propitiatur invocantibus eum in veritate ; effundet in nos divitias misericordiæ suæ. Divinam iram acceptabili hoc Dominici adventus tempore placare studeamus ; Regique pacifico, qui proxime venturus est ut pacem annuntiet hominibus bonæ voluntatis, in novitate vitæ ambulantes humiliter occurramus. Justus et misericors Deus, cujus arcana dispositione nati sumus videre contritionem populi nostri et contritionem civitatis sanctæ, et sedere illic cum datur in manibus inimicorum. Ipse inclinet aurem suam et audiat ; aperiat oculos suos et videat desolationem nostram et civitatem, super quam invocatum est nomen Ejus.

DÉCLARATION DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

ON PEUT GAGNER LES INDULGENCES, EN N'IMPORTE QUELLE LANGUE ON RÉCITE LES PRIÈRES INDULGENCIÉES, POURVU QUE LA TRADUCTION SOIT FIDÈLE.

Dans notre *Bulletin bibliographique* de la dernière livraison de 1872, nous avons fait la critique d'un opuscule intitulé : *Recueil des indulgences que les fidèles peuvent gagner dans les églises des couvents des Ursulines.* Notre critique portait entre autres sur le passage suivant de l'opuscule : « Ces prières doivent être vocales, et on peut les réciter en n'importe quelle langue. » Nous appuyant sur l'autorité du P. Maurel, nous trouvions trop générale la dernière partie de la proposition, et nous ne la trouvions applicable qu'aux prières que le Souverain Pontife permet de réciter *quocumque idiomate*, et à celles contenues dans le *Raccolta* de Mgr Prinzivalli [1]. Nous ignorions l'existence d'une déclaration de la S. Congrégation des Indulgences qui applique ce principe à toutes les indulgences. On lui soumit en effet le doute, en faisant valoir les motifs qu'on pouvait invoquer contre cette extension ; et le 29 décembre 1864, le Souverain Pontife déclara, par l'organe de la S. Congrégation, que *les indulgences attachées à la récitation de certaines prières peuvent être gagnées en quelque langue qu'on récite les prières, pourvu que les versions soient fidèles.*

La S. Congrégation ajoute que, pour qu'*il conste de la fidé-*

(1) *Nouvelle Revue Théologique*, tom. IV, pag. 636.

lité de la version, il suffit que l'Emin. Préfet de la S. Congrégation des Indulgences l'ait reconnue et attestée, ou l'un des Ordinaires du lieu où est usitée la langue, en laquelle la prière indulgenciée est traduite. Il n'est donc pas nécessaire que cette attestation émane de l'Évêque dans le diocèse duquel la prière est récitée.

Voici le texte de cette déclaration.

DECLARATIO.

Cum pro nonnullis precibus latino, vel italico sermone confectis concessæ fuerint indulgentiæ, *addita facultate easdem preces recitandi quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis,* et aliquando adjectum, *et approbata ab Ordinario loci, vel a respectivis Ordinariis,* singillatim autem pro orationibus in Collectione Romana Edit. XIII contentis Indulgentias acquiri eas recitando in quodcumque idioma translatas, dummodo versiones sint fideles; in audientia habita die 29 decembris 1864 ab infrascripto Cardinali Præfecto S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ, SSmus D. N. Pius PP. IX benigne declaravit Indulgentias adnexas precibus valere quocumque idiomate recitentur, dummodo versiones sint fideles : licet autem pro lucranda Indulgentia requiratur versionis fidelitas, ut vero constet de fidelitate versionis, sufficit declaratio S. Congregationis Indulgentiarum per Emum Præfectum, vel unius ex Ordinariis loci ubi vulgaris est lingua in quam vertitur oratio, cujus recitationi primitus Indulgentia concessa fuit.

Sign. J. Antonius M. Card. Panebianco, *Præfectus.*

Præsens copia concordat cum originali, quod asservatur in Secretaria S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ. In quorum fidem etc. Die 4 decembris 1872.

Dominicus Sarra, *Substitutus.*

Loc. + *Sigilli.*

CONFÉRENCES ROMAINES.

QUÆSTIONES MORALES DE ACTIBUS HUMANIS ET DE CONSCIENTIA.

De quibus deliberabitur in conventibus quos auspice viro Emo Constantino Patrizi Episcopo Ostiensi et Veliterno S. R. E. Cardinali, S. Collegii Decano, sacros. patriarchalis basilicæ Lateranensis archipresbytero, sac. rituum Cong. Præfecto, et sanctissimi D. N. PP. Pii IX Vicario Generali, Romæ ad S. Apollinaris, habebunt sacerdotes ex cœtu S. Pauli apostoli, diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt, a mense decembri anni 1872 *ad septembrem* 1873.

MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam habere collationem debeant, meminerint illud, quod nostro in cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda. Initium vero cœtus toto anno erit hora vicesima secunda.

I.

Die 9 decembris 1872, hora 3 pom.

Titius negotiorum suorum causa quosdam amicos frequentat, qui male de religione sentiunt, et Romani Pontificis omnigena jura aspernantur. Sæpe cum eisdem cœnam sumit, et quædam inter pocula audit, quæ ipse vehementer detestatur. Non tamen raro accidit ut ipse ebrius evadat, tunc et ipse, eorum sententiis indulgens, multa injuriosa profert, quæ utpote prolata a viro acrioris et vividioris ingenii, plausu excipiuntur, ita ut insequenti die ab iisdem magnas laudes referat. Quadam vero die, cum coram ipsis conquereretur de injustitia, quam a quodam sibi factam esse putaverat, tanta ira incaluit ut sodalibus instigantibus juramentum emiserit de injuria sibi illata se vindictam sumpturum. Attamen

statim ac illud protulit, sui eum facinoris pœnituit, sed ne inconstans appareret conticuit et vino indulgere prosecutus est. Post cœnam alter ex sodalibus sanioris mentis eum admonet de tota hac sua agendi ratione, deque erroribus et conviciis, quæ in ebrietate proferre solebat. Miratus est Titius hanc suam consuetudinem, et anxius utrum peccaverit, ad confessarium accedit, qui hæc audiens secum quærit :

1. *Quid requiratur ad actum humanum constituendum ?*
2. *An et quando voluntarium indirectum vel in causa sit imputandum ?*
3. *Quid sentiendum de singulis in casu ?*

II.

Die 23 decembris 1872, hora 3 pom.

Mævia tertio a matrimonio anno tum quadam corporis debilitate, tum abusu quem in eam fecerat vir, in hujusmodi infirmitatem incidit, ut plurium medicorum consilio, ab opere maritali, ob grave vitæ periculum, abstinere necesse sit. Ægre hoc ferens vir ejus rixas et jurgia movet, ad fœminas libidinis explendæ causa accedit, ac familiæ pacem susdeque vertit. Conquerenti Mæviæ de suo infelicissimo statu vaferrima mulier hoc consilium præbet, ut famulam forma venustam, et lenociniis aptam domi excipiat, hac spe freta, virum suum facile illam amaturum, eaque contentum, vagam venerem, omnigenis plenam periculis, dimissurum : quod certe minus malum esset, et fortasse concordiæ et pacis argumentum. Res juxta sententiam accidit. Pax familiæ redditur, et Mævia optimo famulatu, et nova viri benevolentia recreatur. Paschatis tempore ad confessionem sacramentalem accedit, suoque confessario omnia pandit. Hic præterquam quod de admisso facinore horreat, ipsam hortatur, imo jubet famulam e domo statim dimittere. Protestatur Mævia se dolere de adhibito consilio, sed modo mala majora prævidere si ejus sententiam sequatur : proinde nonnisi permissive se habere quoad viri sui

agendi rationem. Recusans itaque confessario parere inabsoluta dimittitur. Anxia propterea ad alium accedit qui omnibus auditis secum quærit :

1. *Quæ requirantur ut omissio sit voluntaria, et simul imputabilis ad culpam ?*
2. *Utrum Mævia peccaverit, et ad quid teneatur in præsens ?*

III.

Die 13 januarii 1873, hora 3 1/4 pom.

Titius cujusdam potentissimi viri sententia ex errore prorsus injusta, a munere quod cum laude expleverat, remotus, summa rei familiaris inopia afflictari cœpit. Nullum proinde lapidem non movet, ut vir ille veritate cognita, ipsum suo muneri et famæ restituat : sed frustra. Id quum intellexisset amicus quidam, qui noverat plurimum apud illum valere formosissimam fœminam, quacum turpem fovere amorem dictitabatur, Titio suadet, ut istius opera et patrocinio utatur ad illum e sua sententia dimovendum. Hujusmodi consilio executioni mandato, res prospere cessit. Paulo post quum ab eodem viro favorem sibi valde utilem Titius consequi vellet, ratus faciliores se viros præbere mollitis verbis, et gratiæ mulierum, pulcherrimam inter ceteras, sed honestissimam ad eumdem mittit ad rem impetrandam. Vir ille adprecanti morem gessit, sed vesano erga eam amore captus ad turpia sollicitat. Honesta autem mulier facinus exhorrens strenue assentiri renuit. Hæc quum resciverit Titius, quamdam de sua agendi ratione anxietatem expertus, omnia confessario exponit, qui secum quærit :

1. *Utrum et quæ conditio requiratur, ut malus effectus imputari possit ?*
2. *Utrum et quam liceat ponere causam ad bonum effectum, quamquam ex ea malus sequatur ?*
3. *Quid in utroque casu Titio respondendum ?*

IV.

Die 27 januarii 1873, hora 3 3/4 pom.

Recitatur oratio de laudibus S. Pauli Apostoli, quem cœtus noster sibi Patronum adlegit.

V.

Die 10 februarii 1873, hora 4 pom.

Titius lucrum valde grave ex eo refert quod viri plurimi suam tabernam ventitent, et non exiguas expensas in cibo, potuque sumendo faciant. Hunc tamen piget eorum blasphemias, et obscœna audire quæ in religionem et Apostolicæ Sedis jura sæpissime proferunt. Vellet illos admonere, sed cum cachinnis excipiatur, et pejora merito timeat, silere posse arbitratur. Nec satis. Illi ephemerides cujuscumque classis poposcunt, iisque deficientibus non solum tabernam deserere, sed etiam ejus famam ut hominis novi ordinis hostis atterere minitantur. Cum itaque is certo prævideat sibi magna mala ventura, et simul agnoscat inutile prorsus esse eas denegare, cum passim in ceteris tabernis eædem reperiantur, eorum moribus indulget. Hanc tamen industriam adhibet, ut una cum damnatis ephemeridibus alias etiam sana doctrina refertas ex æquo immisceat. Tempore paschali totam suæ vitæ rationem confessario aperiens hac super re interrogatur, eique respondet se nullo animi scrupulo angi : quia nonnisi ex metu amittendæ industriæ cum gravi familiæ suæ damno, ea permittere quæ intimo animo detestatur. His auditis confessarius secum quærit :

1. *Quæ sit differentia inter facere et permittere?*
2. *Utrum et quis metus causet involuntarium ?*
3. *Utrum agendi ratio Titii sit mala, vel saltem permittenda ?*

VI.

Die 3 martii 1873, hora 4 1/4 pom.

Titius degens in oppido pontificiæ ditionis, quod subalpinum gubernium invasit, coacte inter civicos milites adscribitur. Militiam

absque gravi damno deserere nequit, verumtamen eo animo permanet, ut paratus sit eam deserere quam primum possit, et interim abstinere ab omnibus hostilitatis actibus in subditos et milites legitimi principis, et contra bona, jura et personas ecclesiasticas, juxta consilium confessarii, qui, iis exceptis, illam militiam tolerari posse declaraverat. Sed malo fato accidit, ut legio, in qua ipse erat, improviso advocata fuerit in auxilium exercitus invadentis ad conatus superandos quorumdam, qui armata manu jura legitimi principis restaurare satagebant : imo ad vim inferendam Episcopo et quibusdam presbyteris, qui in domo rurali latitabant. Renuere paratus est Titius una cum nonnullis sociis, qui idem ac ipse sentiebant, dum major legionis pars dimicandi amore flagravit. Interim proclamatum est utriusque militiæ ducis imperium, quo morte illico mulctandi forent, qui pugnare quacumque de causa recusarent, vel a pugnando desisterent. Titius quum probe nosset, eos tali esse animo, ut mortem, quam minitati fuerant, reapse inferant, metu quidem coactus ad pugnam accedit. Inter pugnandum vero hujusmodi in circumstantiis versatur, ut pluries in designatam domum sclopum displodere debuerit : hinc pro certo habet quemdam suo ictu occidisse, cujus nece postea familiam in gravem egestatem incidisse intelligit. Rebus tamen compositis ad confessarium accedit, quem percunctatur :

1. *Quandonam metus ab omni prorsus culpa excuset ?*
2. *An peccaverit operam suam in pugna navans ?*
3. *Utrum ad aliquid teneatur ?*

VII.

Die 17 martii 1873, hora 4 1/4 pom.

Titius miles, de quo in antecedenti casu sermo fuit, ad quemdam in militia gradum evehitur : quem, ratus in sui, ceterorumque bonum cedere, lubenter accipit. Facile enim ex eo impedire potest quominus ea eveniant, quæ antea enarrata sunt. Una est ei difficultas ex onere juramenti emittendi juxta modum a superioribus propositum. Verum ita secum meditatur. Si ego recu-

sem, meus æmulus, qui pessimæ indolis est, ad illum ascendet. Juramentum autem non est vinculum iniquitatis, nec ego eo modo illud adprobare intendo, quo fortasse proponitur : licet enim verba generalissima sint, eo sensu accipienda esse puto, quem virum catholicum decet. Eo præsertim quia religio catholica, juxta instituta, est religio status. Hæc pluries suis sodalibus manifestat. Hinc nullo animi scrupulo juramentum emittit. Tempore paschali ad confessarium accedit, eique peccata omnia quæ per annum admiserat dolentissime enarrat. Silet tamen de juramento. At confessarius ex sermonibus qui inter eos habiti sunt, in ejus cognitionem devenit, et propterea absolutionem ei dare recusat. Miratur Titius quod pro peccato non admisso inabsolutus dimittatur, et in sui excusationem omnia profert,quæ in juramento emittendo mente volutaverat. Miseratione motus confessarius ad benigniorem sententiam inclinans, secum quærit :

1. *Utrum et quæ ignorantia excusat a peccato ?*
2. *Utrum rei de qua in casu ignorantia inculpabilis dari queat ?*
3. *Quid sibi modo agendum ?*

VIII.

Die 31 martii 1873, hora 4 3/4 pom.

Mævia honestissima et piissima fœmina sacramentalis confessionis peragendæ causa proprium filium tredecim annos natum ad parochum adducit, eumque ei commendat uti mediocris ingenii, optimæ indolis, et ad devotionem proclivem. In confessione excipienda parochus animadvertit ingenuum adolescentem a pessimo fratre ad provocandam mollitiem sæpe fuisse excitatum, at semper per modum joci. Varias et omnes prudentes, ut par erat, interrogationes instituens ex eis concludit adolescentem jam ab anno pollutionem sibi ipsi procurare, atque de hac numquam se accusasse, modo autem vel nullimode se accusare, vel tantummodo ratione joci, qui non convenit civili pudori : concludit insuper se dubitare non posse de ejus ingenuitate qui peccata sua in confessione velit occultare. Hunc igitur absolvit quin

de vera actus malitia admoneat. Post confessionem ipse parochus colloquens cum Mævia, ab ea quærit quanam ratione, adducta ut testis in tribunali, inhonestam vitæ rationem cujusdam vicinæ, quæ eidem innotescebat, etiam jurejurando interposito denegare potuerit. Cui illa : eo juramento nemini malum attulisse respondet, imo infelicissimæ mulieri adjuvisse, quæ necessitate potius quam malitia labi videbatur ; tandem suum propositum alienis negotiis se neutiquam immiscendi eo modo servasse, quod idem se in posterum servaturam obtestatur. Hæc autem tanto animi calore et ingenuitate profert, ut parochus quum prævideat, eam, malitia actus cognita, tamen pejeraturam esse, in bona fide relinquit. Verum postea totam suam agendi rationem recolens secum quærit :

1. *An detur ignorantia invincibilis circa legis naturalis præcepta?*

2. *An mater ejusque filius in ea ignorantia versati sint ?*

3. *An ipse recte in utroque casu se gesserit ?*

IX.

Die 12 aprilis 1873, hora 5 1/4 pom.

Titius philosophiæ et utriusque juris studiorum curriculo non sine aliqua laude emenso, ad quamdam regendam provinciam mittitur. Sed ut facilius dignitatum honorumque cursum perficiat, ad omnia publica munia, quorum est cupidissimus, cujuscumque ea sint indolis et naturæ, studiose contendit. Cumque is potentissimi viri favore gaudeat, modo in tribunali sedet criminibus vindicandis, modo ad jus in foro dicendum judex instituitur, modo ad rei publicæ curam gerendam præficitur, tandem ad quamdam ecclesiasticam dignitatem evehitur. Peculiares tamen pro diversitate munerum disciplinas, quas parvi pendet, prorsus negligit et ignorat, sed ratus universaliora scientiarum principia, in quibus mediocriter versatus est, ob acre ingenium quo pollere sentit, prorsus sufficere, optime unicuique suo muneri satisfacere sibi videtur. Post aliquod non breve tempus, usu et experientia do-

ctus eo devenit, ut de unaquaque re peritissime judicet. Verum interim recolens similia, quæ prioribus annis ex officio judicaverat, comperit, ob scientiæ singulis muniis propriæ defectum, quædam noxia publico ærario peregisse, quædam in privatorum perniciem judicasse quorum quærimonias ut iniquas aspernatus fuerat. Quare anxius generalem totius anteactæ vitæ confessionem peragens a confessario quærit :

1. *Quæ requiruntur ut ignorantia invincibilis vel vincibilis existimetur ?*

2. *An quoties munia adierit eorumque partes expleverit, toties peccata, eademque gravia Titius commiserit ?*

3. *An ad aliquid teneatur ?*

X.

Die 12 maii 1873, 5 3/4 hora pom.

Titius adolescens piis et honestis moribus præditus, nimios et graves concupiscentiæ patitur motus erga quamdam ancillam, quæ suis parentibus senio confectis diligentissime inservit. Cum eadem una vel altera vice peccat ; sed sui facinoris dolentissime pœnitens, nullum non admovet lapidem, ut illa e domo dimittatur, ad hanc occasionem dimittendam. Verum omnes illius conatus in irritum cadunt, ob amorem quo eam parentes prosequuntur. Unum superesset, videlicet rem parentibus manifestare : sed hoc peragere non valet animo. Hinc hoc consilii capit : scilicet ratus parentes eam domo ejecturos, si eamdem ut furem habeant, et de furto ream procul dubio futuram, si annulum, qui ad matrem pertinet, ipse celet, hunc surripit et abscondit. Neque eum damnorum prævisio detinet, quæ famulæ obventura sunt, quippe sibi propositum habet omnem industriam exercere, ut facinus in vulgus non edatur. Paratus pariter ipse est ancillæ pecuniam aliquam subministrare, qua se substineat donec alteri familiæ suum famulatum commodare valeat, ad quod facile obtinendum plurimi sui ipsius commendationem facit. Interim quod Titius meditatus est accidit, et rea habita de furto, ancilla e domo ejicitur. Verum Titius postea

famulæ animi mœrore confectæ lacrymis commotus, et haud facile de facto familiam inveniri, quæ eam excipiat, intelligens, conscientiæ stimulis agitari cœpit, et ad confessarium accedit qui secum quærit :

1. *Qui finis sit operis, et qui operantis in actu humano?*
2. *Quinam finis requiratur ut actio tota licita sit?*
3. *Quid Titio consulendum?*

XI.

Die 9 junii 1873, hora 6 pom.

reddendi : alias autem semper est ibi peccatum, ad minus veniale [1]. »

III. Eidem sententiæ subscribunt Cardenas [2], Griffini [3], Sylvius [4], Collet [5], Billuart [6], Henno [7] et Amort [8]. Ratio est quod ille, qui absque fine procreandi prolem copulatur, libidini inservit, quamvis intra limites matrimonii ; juxta illud S. Augustini : « Concubitus necessarius causa generandi inculpabilis et solus ipse nuptialis est; ille autem, qui ultra istam necessitatem progreditur, jam non rationi, sed *libidini obsequitur* [9]. » Atqui obsequi ac servire libidini etiam intra limites matrimonii est peccatum, saltem veniale.

IV. Sententia multo communior [10] negat conjuges peccare ex

(1) *Supplement.* Q. XLIX, a. 5, *in corp.*

(2) *Crisis theologica in propositiones ab Innocentio XI damnatas*, Dissert. VII, n 50.

(3) *Damnatarum propositionum moralium censura*, Part. I, Lib. II, Cap. XII, n. 19, pag. 114.

(4) *In supplement.* Q. XLIX, Qr. Concl. 5.

(5) *Tractatus de universa theologia morali*, De matrimonio, Cap. VII, n. 2; De Decalogo, Præcept. IV, Art. IV, Sect. III, Qr. 1°.

(6) *Cursus theologiæ*, Tractatus de matrimonio, Diss. IV, Artic. II, § II.

(7) *Theologia sacramentalis dogmatica, moralis et scholastica*, Tract. de matrimonio, Disp. VI, Quæst. IV, Concl. II.

(8) *Theologia eclectica, moralis et scholastica*, Tractatus de sacramento matrimonii, § VI, Qr. 2 et 3.

(9) *Lib. cit.*, Cap. 10, col. 326.

(10) Huic adhærent Salmanticenses, *Cursus theologiæ moralis*, Tract. IX, n. 56; Pontius, *De sacramento matrimonii*, Lib. X, Cap. VIII, n. 2; De Coninck, *De sacramentis ac censuris*, Tom. II, Disp. XXXIV, n. 6, seq.; Clericati, *De sacramento matrimonii*, Decis. XXXVIII, n. 10; Mastrius, *In IV Sent.* Disp. VII, n. 530 et 531 ; *Theologia moralis*, Disp. XX, n. 125 ; Caspensis, *Cursus theologicus*, Tract. XXVI, Disp. VIII, n. 3; Viva, *Cursus theologico-moralis*, Part. VII, Quæst. VII, Art. I, n. 2; Castropalao, Tract. XXVIII, *De sponsalibus et matrimoniis*, Disp. III, Punct. III, n. 2 ; Lacroix, *Theologia moralis*, Lib. VI, Part. III, n 292; Laymann, *Theologia moralis*, Lib. V, Tract. X, Part. II, Cap. IV, n. 2; Holzmann, *Theologia moralis*, Part. VI, n. 455; Sporer, *Theologia sacramentalis*, Part. IV, n. 487; Diana, *Resolutiones morales*, Tom. II, Tract. VI, Resol.

hoc solo quod non intendant prolis generationem, dummodo actum exerceant ob honestum finem, v. g., ad vitandam propriam incontinentiam. Hæc sententia, cui patrocinantur S. Chrysostomus [1] et S. Alphonsus [2], innititur primæ B. Pauli Epistolæ ad Corinthios, ubi : « Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat...Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi : et iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram [3]. » In his verbis solam incontinentiam allegat S. Paulus ad permittendum actum conjugalem, imo ad illum suadendum. Quis credat Apostolum præbuisse consilium exercendi actum peccaminosum ? Uti enim optime observat Viva, « si culpa esset venialis ad vitandam incontinentiam uti tali medio, non posset Apostolus indulgere, ut ad illud revertantur conjuges [4]. »

V. Objiciunt adversarii S. Paulum id permittere ad *indulgentiam* [5] *tantum*, *quæ*, inquit S. Thomas, *est de peccatis venialibus* [6].

At optime respondet Mastrius : « Non per hoc significat,

201, n. 17 ; et Resol. 203 ; Giribaldi, *Universa moralis theologia*, Tom. II, Tract. X, Cap. XIX, n. 16, seq. ; Fagundez, *In Decalogum*, Lib. IV, Cap. III, n. 3 ; Herincx, *Summa theologica scholastica et moralis*, Part. IV, Tract. V, Disp. VII, n. 25 et 26.

(1) *Homilia XIX in I Epist. ad Corinth.*, Cap. 7.

(2) *Theologia moralis*, Lib. VI, n. 882 et 927.

(3) Cap. VII, v. 2 et 4. (4) *Loc. cit.*

(5) « Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. » *Ibid.*, v. 6.

(6) « Ad secundum, *ait S. Thomas*, dicendum, quod si aliquis per actum matrimonii intendat vitare fornicationem in conjuge, non est aliquod peccatum, quia hoc est aliqua redditio debiti, quod ad bonum fidei pertinet. Sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas, et secundum hoc est peccatum veniale : nec ad hoc est matrimonium institutum, nisi secundum indulgentiam, quæ est de peccatis venialibus. » *Loc. cit.*, ad 2.

in eo actu conjugali ad propriam incontinentiam evitandam esse culpam, alias non suaderet ad illum; sed solum innuere voluit, in eis minorem reperiri perfectionem quam in abstinentia a copula, ut jam explicavimus Q. 1 hujus *Disp. art.* 2, *n.* 19: sicut etiam quando subdit, *et si nupserit virgo, non peccavit, ego autem vobis parco* [1], non significat, culpam reperiri in nuptiis, cum immediate antea dixerit, non reperiri peccatum, sed solum innuere voluit, in eis minorem reperiri perfectionem quam in cœlibatu [2]. »

VI. Huic sententiæ magnum pondus adfert auctoritas *Catechismi Concilii Tridentini*, qui causas propter quas matrimonium inire licet enumerans, inquit : « Tertia est, quæ post primi parentis lapsum ad alias causas accessit : cum propter justitiæ, in qua homo conditus erat, amissionem, appetitus rectæ rationi repugnare cœpit, ut scilicet, qui sibi imbecillitatis suæ conscius est, nec carnis pugnam vult ferre, matrimonii remedio ad vitanda libidinis peccata utatur, de quo ita Apostolus scribit : *Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat.* Ac paulo post, cum docuisset, interdum orationis causa a matrimonii debito abstinendum esse, subjecit : *Et iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.* Hæ igitur sunt causæ, quarum aliquam sibi proponere quisque debet, qui pie et religiose, ut sanctorum filios decet, nuptias velit contrahere [3]. »

VII. Eidem sententiæ suffragatur ratio. Exercere enim actum conjugalem ad illum finem, ad quem a Deo institutum est matrimonium, nullam continet deordinationem, alioquin institutio Dei esset inordinata; sed matrimonium a Deo ordinatum est in remedium concupiscentiæ. Qui igitur eo utitur

(1) I Cor. Cap. VII, v. 28. (2) *In IV Sent.*, Disp. VII, n. 530.
(3) Part. II, *De matrimonii sacramento*, n. 15.

ad incontinentiam vitandam, nihil inordinati agit, adeoque nullam culpam committit. Nulla enim lex est, ut ait Mastrius, quæ cogat, ut in usu rei principaliorem finem semper intendamus, alias in præsenti materia usus conjugalis ad vitandam incontinentiam in altero conjuge existente in periculo ejus non esset licitus [1], et sterilis non posset uti matrimonio, quia nequit prolis generationem intendere [2].

VIII. Si quis objiciat quod aliis mediis perfectioribus concupiscentiæ mederi possit, respondebimus quod hoc medium actus conjugalis, licet minus bonum, tamen bonum et honestum est ex genere suo et ad eum finem ab ipso Deo ordinatum. Actus ergo conjugalis ad hunc finem relatus erit bonus ac licitus, nonobstante quod alio modo perfectiori vel faciliori conjux posset carnis stimulos coercere et incontinentiam vitare; nullus enim tenetur media faciliora et perfectiora adhibere ad vitandum peccatum, sed satis est ut per medium ex se licitum et honestum illud evitet. Si res ita non esset, uti recte animadvertit Pontius, « opera perfectiora non essent in consilio, sed in præcepto [3]. » Insuper opinio docens illicitam esse copulam ex eo quod aliis mediis sedari possit concupiscentia, scrupulos et anxietates gignere nata est. Ecquis enim affirmare jure poterit se aliis mediis stimulos carnis se-

(1) « Neminem vidi, *ait Sanchez*, dubitantem, quin liceat debitum petere ad vitandum in altero conjuge incontinentiæ periculum. » *Op. cit.* Lib. IX, Disp. IX, n. 1. « Quod est indubitatum, » ait Viva, *Cursus theologico-moralis*, Part. VII, Quæst. VII, Art. I, n. 1. « Conveniunt OMNES, *inquit Caspensis*, actum conjugalem non solum ob prolis generationem, qui est ejus finis primarius et immediatus, sed etiam ad vitandam incontinentiam in altero conjuge, dum alter videt illum esse in periculo, esse licitum, et honestum, quia est actus charitatis ex fine salutis spiritualis proximi, et etiam justitiæ reddere indigenti quod suum est. » *Cursus theologicus*, Tract. XXVI, Disp. VIII, n. 2.

(2) *Loc. cit.*, n. 530. Cf. De Coninck, *De sacramentis ac censuris*, Tom. II, Disp. XXV, n. 13; et Disp. XXXIV, n. 8.

(3) *De sacramento matrimonii*, Lib. X, Cap. VIII, n. 5.

dare non posse ? Quare vix unquam in finem vitandæ propriæ incontinentiæ liceret matrimonii usus, quia fere semper aliter v. g., orationibus, jejuniis, aliisve carnis macerationibus et afflictionibus, illud periculum evitari potest.

IX. Rationi ab adversariis allegatæ respondetur quod improprie dicantur *libidini obsequi* conjuges qui vitandæ incontinentiæ causa actum conjugalem exercent. Nedum illi inserviant, illam vitare refrænareque volunt ; et quum medium ab ipsis adhibitum a Deo sit ad hoc ordinatum, sequitur in ejus usu nullam reperiri pravitatem vel deordinationem.

Ex his patet legitime sustineri conjuges licite copulari posse, etiam non concurrente fine prolem generandi.

X. Sed nonne fatendum est illos peccare, saltem si exoptent ex actu conjugali prolem non nasci ?

Ait D. Bouvier : « 4° Conjux qui in usu matrimonii exoptat ut proles ex sua actione non nascatur, peccat, juxta omnes ; sed peccatum istud est duntaxat veniale, quia finis præcepti non cadit sub præcepto ; ita *Sanchez*, *L.* 9, *Disp.* 8, *n.* 10, et multi alii, contra paucissimos qui volunt peccatum esse mortale [1]. »

XI. Equidem credimus hanc sententiam esse communiorem ; sed certe non ab omnibus admittitur, nequidem ab ipsomet auctore quem adducit D. Bouvier, uti patet ex ipsius verbis. Quæstioni enim : *Quale crimen sit in actu ipso conjugali expressa intentione excludere finem prolis ; v. g., quando conjuges in actu ipso prolem minime concipi exoptant?* his verbis respondet Sanchez : « Desiderare non multiplicare prolem, non est ex se malum ; quare bono fine vestitum, ut ratione defectus divitiarum ad eos liberos alendos, licitum est, ut docent... [2]. » Expressius loquitur Navarrus : « Licitum est eis

(1) *Supplementum ad Tractatum de matrimonio,* Quæst. II, Cap. I, Art. II, § 2, 4°.

(2) *Op. cit.,* Lib. IX, Disp. VIII, n. 10.

(conjugibus) desiderare ne sint sibi plures filii, quam quos alere possunt, ut asserit S. Antoninus [1]. »

XII. Eamdem quæstionem discutiens Basilius Pontius hæc habet : « Si conjuges opere ipsius actus conjugalis, aut aliis mediis non adhibent impedimentum generationi, voluntas illa, qua excluderent prolem, non potest esse efficax, sed inefficax, et velleitas quædam, qua nollent esse prolem. Hujusmodi autem actus inefficaces voluntatis sumunt speciem ab objecto, non prout a parte rei est, sed ut in mente expresse proponitur juxta principia in 1-2, de quo etiam dicam infra nonnihil, cum de morosis delectationibus sermo fuerit [2]. Quare inspiciendum est, ex quo fine expressum sit istud desiderium. Si enim est ratione paupertatis, non est malum neque venialiter, sicut neque desiderare mortem alicujus ob bonum licitum, quod ex ejus morte sequi potest, ut docet optime Gabriel Vasquez, 1 *Tom. in* 1-2, *Disp.* 3, *Cap.* 111 [3]. At si finis, ex quo expresse nascitur ea velleitas, sit malus, erit desiderium malum, et peccatum veniale, aut mortale, juxta finem sibi expresse propositum, ex quo movetur ad illud desiderium, vel velleitatem [4]. »

XIII. Eamdem doctrinam tradit Bossius : « Dicendum, *inquit*, tale desiderium sine appositione impedimenti prolis ex genere suo non esse peccatum mortale, sed imo nec ex se malum ; sed posse esse bonum et licitum, vel malum et illici-

(1) *Manuale confessariorum*, Cap. XVI, n. 33.

(2) Hanc sententiam valde probabilem dicit S. Alphonsus, *Op. cit.*, Lib. II, n. 15.

(3) Infeliciter adducitur hoc exemplum, utpote doctrinam damnatam continens. Ab Innocentio XI enim proscripta fuit sequens propositio (13): « Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, et de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, et desiderare ; non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum. »

(4) *De sacramento matrimonii*, Lib. X, Cap. VIII, n. 3.

tum, juxta bonitatem et malitiam motivi, seu causæ finalis talis desiderii, atque adeo si habeatur ex causa defectus divitiarum sufficientium ad alendos filios, esse licitum. Hæc enim est justa et gravis causa cohonestans tale desiderium non multiplicandi prolem [1]. »

« Licitum est conjugi, *scribit Sporer*, etiam conjugio uti ad evitandam incontinentiam in se ipso tantum..... Idque etiamsi conjuges ob paupertatem, vel similem causam non malam, optent non concipi, non generari, multiplicari prolem. Ita..... communis DD..... passim [2]. »

Nec dissentit Filliucius scribens: « In ipso actu expresse excludere finem prolis, si quidem fiat aliquid quod obstet ejus conceptioni, est peccatum mortale : si vero nihil fiat, probabile est non esse mortale; quia non est ex se malum, desiderare non habere prolem; immo ratione defectus divitiarum potest esse licitum [3]. »

His textibus plures alios [4] adjungere possemus; sed hi abunde sufficiunt ad probandum quantum sit erronea R. D. Bouvier allegatio, et simul ad probandum contrariam opinionem, quam a nullo auctore teneri existimat, solida ratione fulciri.

XIV. Unde cum præfatis auctoribus distinguemus, utrum illud conjugum desiderium justa causa cohonestetur, an non. Si prius, conjuges non peccant, aut saltem certo peccare dicendi non sunt. Si posterius, eorum peccatum non excedere

(1) *Tractatus de effectibus contractus matrimonii*, Part. I, Cap. VII, n. 44. Cf. *De Contractu matrimonii*, Cap. X, n. 266.

(2) *Theologia moralis sacramentalis*, Part. IV, n. 487.

(3) *Morales quæstiones*, Tract. XI, Part. I, n. 319.

(4) Antonius a Spiritu Sancto, *Directorium confessariorum*, Part. I, Tract. XI, n. 598 et 599; Busembaum, *Medulla Theologiæ moralis*, Lib. VI, Tract. VI, cap. II, Dub. II, Art. 1; Tamburinus, *Explicatio Decalogi*, Lib. VII, Cap. III, § V, n. 7; Giribaldi, *Loc. cit.*, n. 20.

veniale fere ab omnibus admittitur. Hæc de prima quæstione sufficiant.

XV. 2ª QUÆSTIO. *Utrum conjuges, de mutuo consensu, sive perpetuo, sive ad tempus, ab actu conjugali abstinere possint?*

Concors est Theologorum sententia conjugibus licere, sive perpetuo, sive ad tempus, ab actu conjugali de mutuo consensu abstinere, dummodo incontinentiæ periculum ex parte alterutrius conjugis non obstet. « Certum est, *ait Theologia ad usum seminarii Mechliniensis*, conjuges non teneri isto jure (ad copulam) uti, imo posse usum sibi interdicere [1]. » Simili modo ait S. Alphonsus : « In quantum ad petitionem spectat, per se loquendo, neuter conjugum tenetur petere, nisi prævideat in se vel in altero periculum incontinentiæ [2]. » Sanchez etiam scribit : « Petitio debiti, proprie loquendo de petitione, nunquam est sub præcepto.....Conclusio est omnium. Probatur, quia nullus tenetur uti jure suo, quod pro se tantum introductum est, sed potest illi cedere, *C. Ad Apostolicam, de Regular.; C. si terra, De privileg.*, ibi : *Cum liberum sit unicuique suo juri renuntiare.* Nec tenetur quisquam nondum exactum id debitum creditori offerre, quod ejus naturæ est, ut non debeatur nisi exactum : hujusmodi autem est debitum conjugale [3]. »

Similia habet De Coninck: « Certum est, *inquit*, posse conjuges ex mutuo consensu servare continentiam; quia non tenentur ad usum matrimonii, modo non sit iis periculum incontinentiæ [4]. » « Conveniunt Doctores, *scribit etiam Mastrius*, posse conjuges ex mutuo consensu, secluso incontinentiæ periculo, thoro separari, aut ad tempus, aut in perpetuum, ut melius Deo serviant, aut ad aliam honestam causam; immo posse etiam con-

(1) *Tractatus de matrimonio*, n. 37, pag. 114.
(2) *Homo apostolicus*. Tract. XVIII, n. 43.
(3) *Op. cit.*, Lib IX, Disp. II. n. 2. (4) *Op. cit.*, Disp. XXXIV, n. 24.

tinentiam vovere, quamvis neuter Religionem ingrediatur[1].»

XVI. Si quis id illicitum esse assereret, injurius foret in plurimos Ecclesiæ sanctos, qui, matrimonio juncti, mutuo consensu virginitatem perpetuam servarunt [2]; imo et in ipsammet Ecclesiam, quæ hanc agendi rationem comprobans, eos sanctorum fastis adscripsit. De qua agendi ratione S. Augustinus, de conjugio B. Mariæ Virginis cum Josepho disserens, non dubitavit generalem hanc proferre sententiam: « Hoc exemplo magnifice insinuatur fidelibus conjugatis, etiam servata pari consensu continentia, posse permanere vocarique conjugium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu [3]. »

XVII. Cæterum ipsemet Apostolus fidelibus suadet ut ad tempus mutuo consensu abstineant, orationi vacandi gratia. « Nolite, *inquit*, fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi et iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram [4]. » Unde omnibus certum esse debet conjuges posse sive perpetuo, sive ad tempus, ab actu conjugali de mutuo consensu abstinere, dummodo exinde neuter in incontinentiæ periculo versetur.

XVIII. Dictum est : *dummodo neuter versetur in incontinentiæ periculo.* Si enim adesset hujusmodi periculum, certe peccarent, et quidem graviter, abstinendo ab actu quo periculum illud præcaveretur. « Certum est, *ait S. Alphonsus*, quod cum alter conjux sit in periculo incontinentiæ, tam vir quam uxor teneatur petere, ad liberandum alterum a periculo; ita communiter [5]. » Ad rem faciunt sequentia Sanchezii

(1) *Theologia moralis,* Disp. xx, n. 127.

(2) Multa hujusmodi exempla refert Clericati, *De sacramento matrimonii,* Decis. ii, n. 16, seq.

(3) *De consensu Evangelistarum,* Lib. ii, Cap. 2, Tom. ii, Part. ii, col. 27. Edit. Maur. (4) I Cor. vii, 5.

(5) *Theologia moralis,* Lib. vi, n. 929.

verba. « Adde dictis, tempus quo tenetur alteruter conjux alterutri reddere debitum, non tantum esse, quando exigitur, sed etiam quando ex aliquibus signis in ipso conjicit incontinentiæ periculum. Probatur..... 2° quia matrimonium post naturæ lapsum institutum est in concupiscentiæ remedium : ergo ubi alter hoc remedio indiget, licet non petat, tenetur conjux alter offerre. Sicut medicus ægroto, cum medetur, tenetur adhibere medicinam, quam ei salubrem fore sperat, quamvis non petat. 3° Quia ad bonum fidei spectat non tantum reddere debitum, sed etiam abstinere ab alio concubitu : ergo ubi periculum est incontinentiæ in altero, ad fidelitatem quam sibi mutuo conjuges debent, pertinet subvenire petendo debitum, ut vel sic ardor et illa prava libido, impellens illum ad illicitam venerem, frigescat. Tandem, quia quicumque proximus tenetur lege saltem charitatis opem ferre proximo, periculo ruinæ spiritualis exposito, si commode potest : nedum ipsimet conjuges,qui tam arcto amoris et amicitiæ vinculo astricti sunt, tenebuntur sibi mutuo subvenire, dum patiuntur idem periculum cum commode possint offerendo debitum conjugale [1]. »

XIX. 3a Quæstio. *Utrum limitatio prolis causa sit rationabilis ab illo actu de mutuo consensu abstinendi ?*

Auctores, sicut et in propositione præcedenti, in hoc conveniunt quod conjuges, qui pluribus prolibus alendis et educandis pares non sunt, de mutuo consensu ab actu conjugali abstinere licite possint, si nullum ipsis immineat incontinentiæ periculum. « Consentiunt omnes Doctores, *inquit Diana,* validum esse pactum inter conjuges initum se continendi a coitu conjugali, ne proles multiplicetur, secluso incontinentiæ periculo [2]. » De hoc habet P. Lacroix : « Pactum

(1) *Op. cit.* Lib. IX, Disp. II, n. 6.
(2) *Resolutiones morales*, Tom. II, Tract. VI, Resol. 183.

mutuum inter conjuges non petendi nec reddendi debitum est validum, nulli enim fit injuria, et sicuti possunt mutuo vovere, ita pacisci[1]. » Item Tamburinus ait: « Quo (periculo incontinentiæ) secluso posse conjuges convenire, ut non exerceant copulam, ne onerentur filiis; mihi dubium non est[2]. » Eodem modo scribit Sanchez : « Primo dico, nullam esse culpam, ex communi consensu abstinere conjuges a copula, ne prolem multiplicent, quam alendo non sunt. Quia nulli irrogatur injuria, si uterque conjux communi placito abstineat,et neuter tenetur ad copulam altero non petente. Nec ea voluntas non habendi plures filios, quam alere possunt vitiosa est, ut diximus hoc libro, Disp. VIII, n. 10..... nisi in altero conjuge sit incontinentiæ periculum[3].» « Ob inopiam, *inquit Sporer*, ne multiplicentur proles : inprimis validum est pactum conjugum ea de causa continendi, seu non petendi, nec reddendi debitum : imo et licitum, quamdiu abest periculum incontinentiæ..... Possent etiam absolute ita pacisci, et quidem sancte et meritorie, si fiat ob honestum finem : ergo etiam ob eam causam necessitatis[4]. » Sicuti et Diana, P. Bossius ait omnes Doctores idem sentire. « Conveniunt etiam DD., *inquit*, tam in casu, quo parentes, utpote divites, possent prolem multiplicatam alere, quam in casu, quo ob paupertatem non essent alendo, posse ex mutuo consensu, vel pacto abstinere ab usu conjugii, et servare continentiam, ne plures nascantur filii; quia non tenentur ad usum matrimonii, modo non sit illis periculum incontinentiæ[5]. » Neque ullum vidimus auctorem his principiis reluctantem.

XX. In horum confirmationem afferri potest argumentum

(1) *Theologia moralis,* lib. VI, Part. III, n. 367.
(2) *Explicatio Decalogi,* Lib. VII, Cap. III, § V, n. 23.
(3) *Op. cit.* Lib. IX, Disp. XXV, n. 1.
(4) *Op. cit.*, Part. IV, n. 516. (5) *Op. cit.* Cap. I, n. 222.

a fortiori. Etenim multi auctores, inter quos Sanchez [1], Pontius [2], Diana [3], Bonacina [4], Giribaldi [5], Caspensis [6], Mastrius [7], Bossius [8], Herincx [9] et Doctores Salmanticenses [10], in ea versantur opinione, quod conjux possit petenti debitum denegare, si pares non sint prolem alendo, et nullum in comparte sit periculum incontinentiæ. Hanc sententiam probabilem esse fatentur ipsiusmet adversarii [11]. Si autem probabiliter dici potest conjuges in hoc casu ad debitum reddendum non teneri, quanto potiori jure asserere possumus limitationem prolis, si motivo honesto intendatur, causam rationabilem esse, ut conjuges de mutuo consensu ab actu conjugali abstineant, dummodo nullum ipsis immineat incontinentiæ periculum?

XXI. Tandem 4ª Quæstio. *Utrum conjuges actum conjugalem eo præcise tempore exercere teneantur, quod prolis conceptioni aptius et convenientius est?*

Huic quæstioni negative respondendum esse videtur. Id sequitur 1° ex iis quæ dicta sunt in responso ad primum quæsitum. Etenim, juxta sententiam quæ inter recentiores theologos communior evasit, necessarium non est, uti vidimus, ad actus conjugalis liceitatem, ut conjuges eum exercendo prolis generationem intendant; sed alio fine honesto agentes, v. g., ad vitandam incontinentiam, illum licite exercent. Jam

(1) *Op. cit.*, Lib. IX, Disp. XXV, n. 3.
(2) *Op. cit.*, Lib. X, Cap. III, n. 7.
(3) *Op. cit.*, Tom. II, Tract. VI, Resol. 183, n. 4 seq.
(4) *De matrimonii sacramento*, Quæst. IV, Punct. I, n. 13.
(5) *Op. cit.*, Tom. II, Tract. X, Cap. XIX, n. 101.
(6) *Cursus theologicus*, Tract. XXVI, Disp. VIII, n. 17.
(7) *In* IV *Dist.*, Disp. VII, n. 554.
(8) *Op. cit.*, Cap. I, n. 220. (9) *Loc. cit.*, n. 5.
(10) *Cursus Theologiæ moralis*, Tract. XI, Cap. XV, n. 12.
(11) Ap. S. Alphons., *Theologia moralis*, Lib. VI, n. 194.

autem si prolis generationem intendere non teneantur, quo jure tempus conceptioni aptius, ut actui conjugali vacarent, eligere tenerentur? Undenam oriretur illa obligatio?

XXII. 2° Aliunde vidimus (Resp. ad Quæst. II) conjuges posse ex mutuo consensu ab actu conjugali ad tempus abstinere. Porro ex omnibus auctoribus, qui merito id docent, nullus est qui ab hac facultate tempus conceptioni aptius excipiat; quod explicatu valde difficile est, ne dicam impossibile, si per hoc tempus abstinere conjuges nequeant.

XXIII. 3° Imo auctores principia emittunt ex quibus conficitur conjuges non teneri tempus generationi aptius eligere ad actum conjugalem exercendum. Expressis enim verbis hæc habet Sanchez : « Non tenentur (conjuges) certiorem modum ad prolem concipiendam eligere, sicut minime tenentur uti mediis aliquibus faciliori conceptioni deservientibus, sed suæ obligationi satisfaciunt, si nihil efficiant, quo conceptioni obstetur [1]. » Jam autem in proposita quæstione supponimus conjuges nihil efficere quod conceptioni obstet.

XXIV. Salmanticenses docentes marito licere ad conjugem gravidam accedere, dummodo id fiat absque abortus periculo, sibi objiciunt : *quod tunc non posset generatio fieri, et sic prodigeretur semen humanum, quod est peccatum.* Cui objectioni sic respondent : « Nam dicimus sufficere, quod possit tunc fœtus concipi, ex modo et natura concubitus, ut in sterilibus, et aliis exemplis cernitur [2]. » Atqui in nostra quæstione supponitur ex modo naturaque concubitus fœtum concipi posse, quum nihil a conjugibus fiat, quod conceptioni obstet. Unde prodigalitas seminis humani in hoc casu innocua esse potest.

(1) *Ibid.*, Lib. IX, Disp. XVI, n. 6. Et *Ibid.*, Disp. XVII, n. 9, ait : « Non tenentur conjuges convenientiorem ac faciliorem generandi viam eligere, sed satis illis est, si generationi non obstent. »

(2) *Ibid.*, n. 78.

XXV. Bossius quoque ait : « Non tenentur (conjuges) certiorem modum ad prolem concipiendam eligere ; sicut nec tenentur uti mediis aliquibus faciliori conceptioni deservientibus : sed suæ obligationi satisfaciunt, si nihil efficiant, quo conceptioni obstetur, et utantur medio convenienti [1].» Et alibi : « Non tenentur conjuges majorem facilitatem et certitudinem, seu convenientiorem et faciliorem (ad generationem) eligere, et procurare ; sed sufficit si nil faciant, quod generationi obstet [2]. » Porro in nostra quæstione supponuntur conjuges nihil omnino facere quod generationi obstare natum sit.

XXVI. Ex his principiis, quæ apud multos auctores legere est, conficitur conjuges non teneri actum conjugalem eo præcise tempore exercere, quod prolis conceptioni aptius et convenientius est ; adeoque licite posse coire tempore quo uxor generationi inepta est.

His positis ad quæstiones propositas deveniamus.

XXVII. Ad I. Resp. distinguendum. Si hac agendi ratione neuter conjugum versetur in periculo incontinentiæ, et uterque honesto motivo ducatur, non peccant. Id sequitur ex responsis ad supradictas quæstiones, v. g., si pares non sint alendis tot prolibus, quot habere possent, nullatenus culpandi videntur ex dictis n. XIX et XX.

Si vero fine minus honesto agant, certe peccabunt, sed eorum peccatum non erit plus quam veniale, dummodo incontinentiæ non se exponant ; alias peccatum mortale non effugerent.

XXVIII. Ad II. Variæ fingi possunt hypotheses. Vel enim 1° confessarius ex interrogationibus factis detegit alterutrum conjugum in periculo incontinentiæ versari ; vel 2° hanc agendi rationem legitima causa cohonestari, adeoque ab omni pec-

(1) *Tractatus de effectibus contractus matrimonii*, Cap. VII, n. 173.
(2) *Ibid.*, Cap. IX, n. 45.

cato immunem esse comperit; vel 3° hanc agendi rationem, utpote debito fine destitutam, labe veniali inquinatam invenit. Quid aget in unaquaque hypothesi ?

XXIX. In prima hypothesi, de hujusmodi agendi rationis illiceitate pœnitentem monebit confessarius. Uti enim docet S. Alphonsus, cum sententia communi [1], « si pœnitens interroget, tunc confessarius tenetur detegere veritatem, nec potest dissimulare; quia, cum ille jam incœperit laborare ignorantia vincibili, dissimulatio confessarii esset erroris approbatio [2]. » Cum ergo hæc agendi ratio conjuges, uti supponitur, incontinentiæ periculo exponat, pœnitentem monebit confessarius de obligatione matrimonio utendi, quoties in hoc periculo versantur, si illud aliis mediis non avertant.

XXX. In secunda hypothesi, confessarius pœnitentis quieti providebit, illum de omnimoda suæ agendi rationis honestate certiorem faciendo.

XXXI. In tertia hypothesi certe hunc agendi modum ab omni peccato immunem esse declarare non poterit confessarius; sed pœnitentem monebit quod in eo culpa non nisi venialis reperiatur. Quam culpam auferre conabitur motiva sic agendi perfectiora suggerendo, finemque honestiorem insinuando. Quod si in vanum tentaverit, quid erit agendum? An pœnitenti suadere poterit, ut hunc agendi modum, ad majus malum avertendum, retineat?

XXXII. Nonnulli auctores autumant illicitum esse minus malum suadere ei qui majus patrare paratus est [3]. Ipsi tamen

(1) Card. de Lugo, *De Sacramento pœnitentiæ*, Disp. XXII, n. 29; Salmanticenses, *Cursus theologiæ moralis*, Tract. VI, Cap. XII, n. 36; Sanchez, *De matrimonio*, Lib. II, Disp. XXXVIII, n. 14; Suarez, *Tom. IV in 3 part.*, Disp. XXXII, Sect. IV, n. 2; Castropalao, Tract. XXIII, *De Sacramento pœnitentiæ*, Punct. XVIII, § II, n. 10; Sporer, *Theologia sacramentalis*, Part. III, n. 795. (2) *Theologia moralis*, Lib. VI, n. 616.

(3) Laymann, *Theologia moralis*, Lib. II, Tract. III, Cap. XIII, n. 7; Azor, *Institutiones morales*, Part. II, Lib. XII, Cap. XVI, Qr. 8.

admittunt quod illi, qui alterutrum ex duobus criminibus patrare omnino determinatus est, licite suadetur minus malum. « Ei tamen, *inquit Collet,* qui jam omnino determinatus est, ut adulterium aut fornicationem committat, licet suadere, ut in fornicatione sistat; quia sic non suadetur commissio minoris peccati, sed omissio gravioris. Idem dicendum si crimen minus sit pars majoris ad quod alter determinatus erat : sic volenti oves triginta furari, suadere potes ut decem contentus sit [1]. »

Juxta hanc opinionem, si conjuges parati sint ad crimen Onanismi recurrere casu quo ipsis hic agendi modus prohiberetur, confessario liceret ipsis suadere, ut eumdem agendi modum retineant. Sed non videtur quod idem consilium dare posset, si timeret tantum ne conjuges Onanismi periculo exponerentur.

XXXIII. Sed « sententia probabilior tenet, *inquit S. Alphonsus,* licitum esse minus malum suadere, si alter jam determinatus fuerit ad majus exequendum. Ratio, quia tunc suadens non quærit malum, sed bonum, scilicet electionem minoris mali..... Hinc docet Sanchez (*De matrim. Lib.* VII, *Disp.* XI, *n.* 19).....parato aliquem occidere, licite posse suaderi, ut ab eo furetur, vel ut fornicetur. Et probat ex S. Augustino, in C. *Si quod verius*, caus. 33, q. 2, ubi : *Si enim facturus est, quod non licet, jam faciat adulterium, et non faciat homicidium : et vivente uxore sua, alteram ducat, et non humanum sanguinem fundat.* Ex quibus verbis, *jam faciat adulterium* probat Sanchez dict. n. 15..... S. Doctorem non tantum permittendo, sed etiam suadendo locutum fuisse. Et hoc addit Sanchez, n. 23, cum Salon. licere non solum privatis, sed etiam confessariis, parentibus, et aliis, quibus ex officio incumbit impedire peccata subditorum [2]. »

(1) *Tractatus de universa Theologia morali*, De præceptis Decalogi. Cap. I, Part. III, n. 453.

(2) *Theologia moralis*, Lib. III, n. 5

XXXIV. Hac admissa sententia communi [1], hæc a confessario præstanda videntur.

1° Inquiret utrum adsit necne periculum, ne præfati conjuges ad pessimam Onanismi viam recurrant, si ipsis prohibeatur hic agendi modus. Si nullum adsit hujusmodi periculum, quod raro abfuturum existimamus, confessarius urgebit pœnitentem ut illum agendi modum utpote debito ac honesto fine destitutum derelinquat; a quolibet enim peccato pœnitentem avertere tenetur.

2°. Si vero confessarius præfatum prudenter timeat periculum, sive ex parte viri, sive ex parte uxoris, pœnitenti respondebit melius esse hunc agendi modum retinere quam viam Onan ingredi, eumque hortabitur ut in illo stet firmiter, potius quam pejorem ineat.

Responso finem facimus referendo Em. Card. Gousset responsum quod eidem quæstioni ipsi a quodam medico propositæ dedit. Dubium sequens erat : *Num licitus est matrimonii usus in tempore agenesis solummodo?* En solutio Emi, qualem eam refert D. Lecomte in suo docto opere :

« Loin de considérer la vulgarisation du fait physiologique (la loi de fécondation) dont il s'agit, comme devant avoir des résultats immoraux, Mgr Gousset a pensé au contraire que l'homme étant libre d'user du mariage, sinon *comme* il lui plaît, du moins *quand* il lui plaît, beaucoup d'hommes, empêchés par la prudence d'habiter avec leur femme dans la crainte d'une filiation trop nombreuse, pourront désormais, grâce à la doctrine de l'agénésie, se permettre en toute sécurité des rapprochements *complets*, *normaux* et partant

(1) Salmanticenses, *Cursus theologiæ moralis*, Tract. XXI, Cap. VIII. n. 58; Lessius, *De justitia et jure*, Lib. II, Cap. XIII, n. 19; Molina, *De justitia et jure*, Tom. II, Disp. 335, n. 3, et tom. III, Tract. II, Disp. 730, n. 3; Vasquez, *Opusc. de scandalis*, Dub. 1 et 2.

licites. La théologie ne s'est prononcée que sur le mode d'accomplissement des rapports conjugaux qu'elle veut complets et sincères, et non sur le temps. Elle permet même des rapprochements qui doivent être nécessairement stériles, comme chez les vieillards, parce que le mariage n'a pas été seulement institué *ad procreationem prolis, sed etiam in remedium concupiscentiæ*. Les rapports pendant l'agénésie ne seraient donc pas coupables en eux-mêmes, mais *pourraient* l'être dans l'intention et dans le propos délibéré de ne jamais les accomplir que durant cette période stérile. Au reste Mgr Gousset fait remarquer que la question ne s'est pas encore présentée de cette façon et qu'il l'étudiera; mais en attendant, il ne pense pas que l'on doive inquiéter les époux qui n'useraient du devoir conjugal qu'à une époque déterminée [1]. »

CONSULTATION II.

Veuillez avoir la bonté de répondre dans un de vos prochains Nos à la question qui suit :

Quando Episcopus dispensat vi specialis indulti apostolici, an necessario et ad valorem dispensationis servandus est stylus Curiæ Romanæ et signanter an copula incestuosa est exprimenda? Unde probas?

Rép. 1° Les auteurs sont presque unanimes sur la question de principe. Nous nous contenterons de citer Feije [2], Van de

(1) *De l'ovulation spontanée de l'espèce humaine*, pag. 242 et 243, note. Auctor addit : « Equidem morte præoccupatus, III. D. Gousset eam accuratissimam in omnibus partibus quæstionis indagationem, quam propositam habebat, perficere non potuit. Sed a primo quem direxit ad quæstionem intuitu, sat dilucide apparet illum, in solvendo dubio, iisdem principiis ductum fuisse quæ hic et nunc jam exposuimus. »

(2) *De impedimentis et dispensationibus matrimonialibus*, n. 673, pag. 562.

burgt [1], Carrière [2], Giovine [3] et la *Théologie de Malines* [4].

La question a été du reste soumise à la S. Pénitencerie, qui l'a décidée dans le sens affirmatif, c'est-à-dire que quand l'Évêque dispense en vertu d'un indult, il doit nécessairement observer les règles établies par la Cour Romaine relativement aux dispenses. Voici la demande et la réponse.

EMINENTISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE,

N.... Officialis diœcesis N..., humillime Eminentiæ Vestræ exponit in sua illa diœcesi omnes fere parochos arbitrari non necessario observandas esse regulas Curiæ Romanæ, quando Episcopus, vi Indulti cujusdam Apostolici, in impedimentis matrimonium dirimentibus dispensat, neque etiam tunc sub pœna nullitatis exprimendam esse copulam incestuosam ab oratoribus admissam.

Ea praxis plurimum angit dictum Officialem. Quare humillime etiam atque etiam supplicat Eminentiæ Vestræ, ut explicito Sacræ Pœnitentiariæ responso sequentia duo dubia quam primum e medio tollere dignetur. Petitur ergo :

I. An Episcopus, quando, vi specialis cujusdam Indulti Apostolici, in impedimentis matrimonium dirimentibus dispensat, necessario, et ad valorem dispensationis, sequi debet easdem illas regulas quas in Curia Romana observant, ubi ipse Summus Pontifex in eodem impedimento, iisdemque impedimenti gradibus, dispensat ?

II. An copula incestuosa, quæ inter desponsandos consanguineos

(1) *Tractatus de dispensationibus matrimonialibus*, n. 135, 1°, pag. 132.

(2) *De matrimonio*, n. 1153, tom. II, pag. 378. Cependant, dans son *compendium*, nous lisons : « Non est verisimile quod velit Summus Pontifex tunc nihilominus servari illas regulas sub pœna nullitatis. » pag. 252, édit. 1857.

(3) *De dispensationibus matrimonialibus consultationes canonicæ*, § 349, n. 1, tom. I, pag. 645.

(4) *Tractatus de sponsalibus et matrimonio*, n. 101, pag. 391.

aut affines in tertio vel quarto gradu tantum, vel etiam inter cognatione spirituali conjunctos, intercessit, necessario, et ad valorem dispensationis est exprimenda, quando in iis consanguinitatis, affinitatis vel cognationis spiritualis impedimentis non ipse Summus Pontifex immediate, sed Episcopus vi specialis cujusdam Indulti quod a Summo Pontifice est adeptus, dispensationem impertitur?

Si affirmativa detur ad utrumque dubium responsio, supplicat humillime præfatus Officialis Beatissimo Patri, ut omnia matrimonia, quæ ob duplicem illum defectum, in supradicta diœcesi invalide forent contracta, plenitudine Apostolicæ suæ potestatis in radice sanare dignetur.

Quam gratiam, etc.

Ex urbe N.... die 1 maii 1858.

N.... N...., Officialis.

Eminentissimo et Reverendissimo Domino S. Rom. Eccl. Cardinali Majori Pœnitentiario. Roma.

Sacra Pœnitentiaria, mature perpensis expositis, ad utrumque propositum dubium respondet : *Affirmative.*

Ad matrimonia autem quod attinet, quæ vigore dispensationis sic, uti præfertur, impertitæ contracta fuerunt, eadem S. Pœnitentiaria, de speciali et expressa Apostolica auctoritate, dilecto in Christo Officiali oratori facultatem concedit eadem matrimonia in radice sanandi et convalidandi, prolesque, sive susceptas, sive suscipiendas, legitimas decernendi et renunciandi.

Præsentes autem litteræ, cum attestatione impertitæ executionis, in Cancellaria episcopali caute ac diligenter pro quocumque eventu futuro custodiantur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria, die 1 junii 1858.

A. Serafini, *S. P. Regens.*
A. Rubini, *S. P. Secret.*

Cette décision est claire : pour que la dispense de l'Évêque

soit valide, on est donc tenu d'observer les règles introduites par le style de la Cour de Rome.

2° Quant à l'application du principe à la déclaration de l'inceste intervenu entre les futurs époux, la question parut longtemps douteuse aux auteurs. Saint Alphonse la déclarait tranchée par la Bulle *Pastor bonus* de Benoît XIV [1], et en conséquence donnait comme certain que la circonstance de l'inceste devait être exprimée sous peine de nullité de la dispense : « Sed omnino est tenendum esse nullum, *dit-il*.... Et de hoc hodie non est amplius dubitandum ex Bulla citata *Pastor bonus* Summi Pontificis Benedicti XIV, § 41, ubi dicitur : *Quod si aliqui oratores obtinuerint a Nostra Dataria dispensationem super gradu prohibito in primo et secundo, vel in secundo tantum, ac etiam in tertio, vel quarto, cum reticentia copulæ inter eos sequutæ, quam sine honoris detrimento detegere non valeant....; possit idem Major Pœnitentiarius, si copula sit adhuc secreta, hujusmodi dispensationem, seu respective reconvalidationem in foro conscientiæ, tantum concedere....* Ex his attende, quod Papa dicendo, *possit reconvalidationem concedere*, non habet pro validis matrimonia cum tali reticentia contracta ; tanto magis quod in gradibus mox supra descriptis dispensatio propter solutionem relatam difficilior redditur [2]. »

La réponse de la S. Pénitencerie au second doute proposé ci-dessus rendait certain le sentiment de S. Alphonse. Néanmoins le R. P. Ballerini, dans ses notes à la Théologie morale du R. P. Gury, ne consacra pas moins de 16 pages in-8°, petit caractère, à la réfutation du saint Docteur. Cette réfutation donna lieu à une nouvelle décision de la S. Pénitencerie, dont

(1) § 41, *Bullarium Benedicti XIV*, vol. II, pag. 224.
(2) *Theologia moralis*, Lib. VI, n. 1135.

la seconde édition du R. P. Ballerini nous donne le texte [1]. Le voici :

Sacræ Pœnitentiariæ propositum fuit dubium sequens :

Utrum per Bullam Benedicti XIV *Pastor bonus* intelligatur canonice decisam fuisse quæstionem alias agitatam super validitate vel nullitate dispensationum obtentarum reticita copula incestuosa vel occulta et malitiosa intentione in ipsa copula habita ad facilius obtinendam dispensationem?

Sacra Pœnitentiaria sub die 20 julii 1869 respondit : Post constitutionem Benedicti XIV *Pastor bonus* non posse amplius dubitari de nullitate dispensationis obtentæ, reticita incestuosa copula, vel prava intentione facilius obtinendi dispensationem habita in ea patranda.

Locus † sigilli.

F. Serafini, *S. P. Reg.*
H. Canonic. Palombi, *S. P. Substit.*

On ne peut donc plus soulever la moindre difficulté sur cette question, et l'on doit abandonner l'opinion des auteurs qui nient l'obligation de déclarer l'inceste quand on obtient la dispense de Rome. S'il doit être déclaré alors, il doit également l'être, quand on recourt à l'Évêque seulement, pour obtenir la dispense. La décision de la S. Pénitencerie, en date du 1er juin 1858, ne laisse aucun doute à cet égard.

(1) *Compendium Theologiæ moralis* R. P. Gury, tom. II, pag. 625, fin de la note. On ne comprend guères comment le R. P. Ballerini a reproduit, dans la seconde édition, les seize pages de note que la décision de la S. Pénitencerie réduit à néant. Quelle en est l'utilité? On ne le voit point. Nous ferons la même remarque à propos de quelques notes que l'auteur a laissé subsister, et qui n'avaient d'autre fondement que la première note dont nous venons de parler. Ainsi les notes *a* et *b* de la page 626, et les notes *a* des pages 629 et 632 devraient être ou supprimées, ou du moins profondément modifiées.

CONSULTATION III.

Comme les diocèses de Cambrai et de Tournai ont obtenu des indults qui leur accordent la faculté de célébrer des messes *de requie* deux jours par semaine, *dum officia occurrunt ritus duplicis*, et dont il est question dans la *Revue Théologique*, n° 5, page 550 de l'année dernière, le diocèse de Malines a également obtenu un indult, « *cujus vigore liceat tribus in hebdomada vicibus cantare Missam de requie.* » Or, des explications données dans la réponse à la Consultation susdite, il résulte qu'il est permis de célébrer plusieurs messes *de requie*, même basses les deux jours par semaine fixés par les Curés respectifs. Je désire donc savoir, dans l'hypothèse que la concession faite au diocèse de Malines se bornât aux trois messes chantées par semaine, si, dans votre opinion, ces trois messes peuvent être chantées le même jour, ou s'il faut trois jours différents?

2° Si, malgré la restriction faite dans l'indult accordé à notre diocèse à trois messes chantées par semaine, l'interprétation donnée plus haut aux indults de Cambrai et de Tournai, où il s'agit également de messes *de requie* célébrées *cum cantu*, ne serait pas applicable à celui de Malines, comme aux divers autres accordés pour la Belgique ?

Rép. Avant tout, donnons le texte de l'indult accordé pour le diocèse de Malines. On verra qu'il s'écarte par sa teneur de ceux dont nous avons donné le texte.

MECHLINIEN.

Quum in Kalendario Archidiœceseos Mechlinien. fere nulli inveniantur dies liberi in quibus cani possint Missæ de Requie, Rmus D. Victor Augustus Dechamps, Archiepiscopus Mechlinien., a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX, supplicibus votis pro ecclesiis parochialibus Archidiœceseos suæ, aliisque quæ in parochialium subsidium jure sepeliendi fideles laïcos gaudent, non tantum hodie existentibus, sed et postea forte erigendis, Indultum postu-

lavit cujus vigore liceat tribus in hebdomada vicibus cantare Missam de Requie; etsi ritus duplex occurrat, ut in iisdem ecclesiis satisfieri queat oneribus tum fixis tum adventitiis prædictarum Missarum. Sanctitas vero Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, benigne annuit pro gratia, exceptis tamen ab hac concessione duplicibus primæ et secundæ classis, Festis de præcepto servandis, Feriis, Vigiliis, Octavisque privilegiatis, et sub conditione quod peculiaria hujus generis Indulta, aliquibus ex prædictis ecclesiis concessa, abrogata remanent. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11 julii 1872.

C. Epus. Ostien. et Velitern. Card. Patrizi, *S. R. C. Præf.*

D. Bartolini, *S. R. C. Secretarius.*

L. S.

Chacun comprend que la difficulté tout entière roule sur la signification qu'il faut donner au mot *vicibus*, trois fois la semaine. Ce terme veut-il dire que par semaine, on ne pourra, en vertu de l'indult, que chanter trois messes *de requie* aux jours doubles? Ou bien veut-il marquer trois jours par semaine, selon qu'on l'a obtenu en plusieurs diocèses de France et de Belgique?

Dans le doute, et en l'absence d'une interprétation authentique, il nous semble que ni Mgr de Malines, ni la Congrégation des Rites n'a voulu, à cette occasion, s'écarter de ce qui est passé en usage aujourd'hui, et que l'un et l'autre sous la formule *tribus vicibus in hebdomada* entendent trois jours par semaine. Ajoutons, pour corroborer cette explication, que le mot latin *vices*, *vicibus*, implique une idée de retour de périodicité, qui n'existe pas dans l'autre interprétation. Car il est évident que si l'indult accorde trois messes par semaine, ces messes pourront se dire le même jour aussi bien qu'en trois jours différents. On devrait donc alors entendre le terme

vicibus dans un sens qui s'écarterait de sa signification naturelle. Nous répondons d'après cela à notre respectable abonné.

Si l'indult pour Malines doit s'entendre, comme ceux des autres diocèses, de trois jours par semaine, l'interprétation qu'a reçue de Rome Mgr l'Archevêque de Cambray lui est applicable. La raison en est évidente, puisque cet indult se trouverait dans les mêmes conditions et partant serait soumis aux même règles.

Si, au contraire, il n'est accordé au diocèse de Malines que trois messes chantées par semaine, il est clair qu'on ne peut pas dépasser ce nombre, ni conséquemment dire des messes basses *de Requiem* les jours auxquels on use du privilége. La limite est clairement posée par l'indult, et aucune interprétation ne peut accorder à quelqu'un le pouvoir de la dépasser.

CONSULTATION IV.

Notre communauté, qui est chargée de desservir un pèlerinage, a, dans l'établissement qu'elle occupe, une petite chapelle qui a jour sur l'église de ce pèlerinage, et où depuis longtemps a été érigé le Chemin de la Croix. Or un autre Chemin de Croix a été érigé récemment dans l'église elle-même, sans autre autorisation que celle de l'Évêque diocésain. Est-il vrai que cette seconde érection soit régulière, et qu'on puisse gagner les indulgences du Chemin de la Croix dans l'église en question ?

Rép. Ou l'Évêque, qui a autorisé, seul, l'érection du Chemin de la Croix, a un indult qui lui confère ce pouvoir (1), ou il n'en a pas. Dans le premier cas, il n'y a pas de doute que l'érection soit régulière et qu'on puisse gagner dans l'église

(1) Nous connaissons plusieurs Évêques auxquels le Souverain Pontife a accordé ce pouvoir.

en question les indulgences attachées au pieux exercice du Chemin de la Croix.

Dans le second cas, il faut voir si l'érection a été faite par un prêtre à ce dûment autorisé, soit par le Souverain Pontife, soit par le Général des Franciscains; ou si elle a été faite par un prêtre dépourvu de l'autorisation nécessaire.

Dans la première hypothèse, l'érection est régulière, puisque toutes les autorisations requises par le législateur ont été obtenues. Il en est tout autrement dans la seconde hypothèse. L'Évêque n'a pas le droit d'ériger un Chemin de la Croix. Les lois de l'Église requièrent son autorisation pour que l'érection soit canonique; mais ne lui donnent aucunement le pouvoir de l'ériger par lui-même, ou par un autre, sans l'intervention du Saint-Siége ou du Général des Franciscains.

CONSULTATION V.

1° Quum additio nominis Sancti Joseph in oratione *a Cunctis* jam præcepta sit; juxta decretum S. R. C. 11 maii 1743, fieri debet hoc modo : *et intercedente Beata.... Virgine Dei Genitrice Maria, cum beato Josepho, beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato N., et omnibus Sanctis etc.* Juxta Bullam, *inclytum Patriarcham,* 7 julii 1871, *cum beato Joseph* et non Josepho. Quid præferendum?

2° R. P. Dujardin adjecit adverbium *ac*, ita ut dici debeat : Cum beato Joseph ac beatis.... quod in decreto supra dicto omittitur. An addi vel omitti debeat adverbium *ac?*

Rép. Ad I. Le décret du 11 mai 1743 se borne à déclarer que saint Joseph, si l'on en fait mémoire dans l'oraison *A cunctis*, doit être placé avant les Apôtres saint Pierre et saint Paul. Il n'y a donc rien à en conclure.

La décision du 17 septembre 1815, Urbis et Orbis, ne prouve rien également, puisque, si le texte de Gardellini est

fidèle, le nom de Joseph, indéclinable à la première ligne, prend l'*i* du génitif un peu plus loin. Il faut donc s'en tenir au texte du Bref, et dire *Joseph* sans changement.

Ad II. Quant à la conjonction *ac*, nous ne voyons aucun inconvénient à l'ajouter ; cependant, comme la structure de la phrase ne la requiert pas nécessairement, il sera mieux de l'omettre et de s'en tenir strictement aux termes du Bref.

CONSULTATION VI.

1° Ad calcem directorii pro diœcesi Mechl. anni 1858 inseritur : « In festo septem dolorum B. M. V., v. Gradualis, juxta Missale impressum Romæ anno 1846, legi debet ut sequitur : v. Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, hoc crucis fert supplicium vitæ factus homo ; » omissa voce *Auctor*, quod contrarium est Decreto S. R. C. 12 sept. 1857, quod sic sonat : Virgo Dei Genitrix. etc., auctor vitæ factus homo.

2° An oratio, quæ in festo septem dolorum B. M. V., dominica 3 sept., in missa et officio dici debet, etiam dici possit vel debeat in missa et officio septem dolorum B. M. V. feria VI post dominicam Passionis?

Rép. Ad I. L'éditeur du Missel ignorait sans doute, en 1858, la décision portée par la S. Congrégation des Rites, l'année précédente. C'est une omission qu'il est aisé de réparer.

Ad II. L'oraison indiquée au troisième dimanche de septembre doit se dire en ce jour, et celle qui est marquée pour le vendredi après la Passion doit également se dire en ce jour-là; on ne peut pas remplacer l'une par l'autre. Il faut, en effet, s'en tenir rigoureusement aux Brefs de concession.

ACTES DU SAINT-SIÉGE.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IX

ALLOCUTIO

HABITA DIE XXV JULII MDCCCLXXIII AD S. R. E. CARDINALES IN ÆDIBUS VATICANIS.

Venerabiles Fratres,

Quod prænunciavimus, Venerabiles Fratres, dum Vos alloquebamur, exeunte præterito anno, scilicet Nobis iterum fortasse dicendum esse de vexationibus Ecclesiæ quotidie invalescentibus; id, consummato in præsentiarum iniquitatis opere tunc designato, munus Nostrum postulat a Nobis, quorum auribus insonare videtur *vox* illa *dicentis* : *Clama*.

Vix ac didicimus proponendam esse Legislativo Cœtui legem, quæ in hac etiam alma Urbe, sicuti in reliqua Italia, suppressura foret Religiosas Familias et objectura publicæ licitationi ecclesiastica bona; Nos, impium execrantes facinus, quodcumque nefariæ hujusce legis schema proscripsimus, cassam declaravimus quamlibet direptorum bonorum acquisitionem, censurasque commemoravimus ipso facto incurrendas ab auctoribus et fautoribus hujusmodi legum. Verum hodie lex ista, licet non ab Ecclesia tantum confixa, veluti divino suoque juri repugnans, sed ab ipsa legali scientia publice reprobata, utpote adversa naturali et humano cuivis juri, adeoque irrita suapte natura et nulla; recepta tamen fuit communi suffragio cum Legislativi Cœtus, tum Senatus, ac demum Regia auctoritate sancita.

Abstinendum censemus, Venerabiles Fratres, ab iis iterandis, quæ toties ad deterrendos ab ausu scelestos publicarum rerum mo-

deratores fuse jam exposuimus de legis impietate, malitia, fine, gravissimis detrimentis; sed omnino compellimur ab officio vindicandi Ecclesiæ jura, a studio præmonendi incautos, ab ipsa caritate erga sontes, elata voce nunciare iis omnibus, qui prædictam iniquissimam legem proponere, probare, sancire non extimuerunt, nec non mandantibus, fautoribus, consultoribus, adhærentibus, executoribus, bonorumque ecclesiasticorum emptoribus, non solum irritum esse, cassum et nullum quidquid hac in re egerint aut sint facturi, sed universos majori excommunicatione aliisque censuris et pœnis ecclesiasticis juxta sacros Canones, Apostolicas Constitutiones et Generalium Conciliorum, Tridentini præsertim, decreta inflictis obstringi, severissimam incurrere divinam ultionem et in aperto versari damnationis æternæ periculo.

Interea, Venerabiles Fratres, dum necessaria supremo ministerio Nostro auxilia magis in dies subducuntur, dum injuriæ injuriis quotidie cumulantur in res et personas sacras, dum nostrates et exteri insectatores Ecclesiæ studia conferre et vires conjungere videntur ad comprimendum quodlibet omnino ecclesiasticæ jurisdictionis exercitium et nominatim fortasse ad prævertendam liberam illius electionem, qui in hac Petri cathedra Christi Vicarius sedere debeat; quid Nobis reliquum est, nisi ut impensius confugiamus ad Eum, qui dives est in misericordia ac servos suos non deserit in tempore tribulationis?

Et sane jam haud obscure virtus ostenditur Providentiæ divinæ in perfecta cum hac Sancta Sede conjunctione Episcoporum omnium, in nobilissima eorum firmitate adversus iniquas leges et usurpationem sacrorum jurium, in impensissimo studio totius catholicæ familiæ erga hoc unitatis centrum; in vivificante illo spiritu, quo fides et caritas in christiano populo roboratæ et auctæ passim erumpunt in opera lectissimis digna temporibus Ecclesiæ.

Nitamur igitur optata maturare clementiæ tempora; omnes simul, qua late patet orbis, piam vim Deo nostro inferre conemur. Universi sacrorum Antistites ad id excitent parochos, universi parochi propriam plebem; omnesque ad aras provoluti ac cernui clamemus : *Veni, Domine, veni, noli tardare; parce populo tuo,*

relaxa facinora plebi tuæ, vide desolationem nostram; non in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis : excita potentiam tuam et veni, ostende faciem tuam, et salvi erimus.

Licet autem indignitatis nostræ conscii simus, non vereamur accedere fidenter ad thronum gratiæ : hanc quæramus per cœlites omnes, hanc nominatim per sanctos Apostolos, hanc per purissimum Deiparæ Sponsum, hanc per Immaculatam præsertim Virginem quæramus, cujus preces apud Filium imperii cujusdam rationem habent. Sed antea mundare studiose conemur conscientiam nostram ab operibus mortuis; quia *oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum.* Quod ut accuratius etiam et plenius perficiatur, fidelibus omnibus, qui rite confessi, et sacra communione refecti piam precibus hujusmodi pro Ecclesiæ neccessitatibus operam dederint, Indulgentiam plenariam semel lucrandam, et in fidelium quoque defunctorum suffragium convertendam pro eo die, quem in singulis diœcesibus Ordinarius designaverit, Apostolica auctoritate Nostra concedimus.

Itaque, Venerabiles Fratres, quamquam innumeræ et sane gravissimæ ingruant persecutionum et tribulationum tempestates, non propterea concidamus animo, in eo confisi, qui sperantes in se confundi non patitur; Dei enim promissio est, quæ præterire non potest : *Quoniam in me speravit, liberabo eum.*

S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

INDULGENCES ACCORDÉES A CEUX QUI PRATIQUENT QUELQUE EXERCICE DE PIÉTÉ EN L'HONNEUR DU SACRÉ CŒUR DE JÉSUS TOUS LES JOURS DU MOIS DE JUIN.

DECRETUM URBIS ET ORBIS.

Cum inter cetera religiosæ pietatis officia ad recolendam et meditandam uberiori fructu D. N. Jesu Christi caritatem, laudabilis exorta sit et multis in locis invaluerit consuetudo qua integer mensis Junius quotidianis devotionis exercitiis dulcissimo Ejus Cordi consecratur; plurimorum Fidelium supplicationes porrectæ sunt Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX, ut pia hæc exercitia peragentibus sacrarum Indulgentiarum munera concedere dignaretur.

Itaque Sanctitas Sua petitionibus hujusmodi benigne exceptis, ut magis magisque injuriæ Divino humani generis Redemptori in præsenti potissimum rerum ac temporum discrimine illatæ reparentur; universis utriusque sexus Christifidelibus qui sive publice sive private peculiaribus precibus et devoti animi obsequiis in honorem SSmi Cordis Jesu per integrum mensem Junii quotidie corde saltem contrito vacaverint, Indulgentiam septem annorum semel in singulis dicti mensis diebus lucrandam; et pariter iisdem Indulgentiam plenariam in una præfati mensis die ab unoquoque eligenda, in qua vere pœnitentes, confessi ac sacra Communione refecti fuerint, et aliquam ecclesiam seu publicum oratorium visitaverint, et ibi per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suæ pias ad Deum preces effuderint, peramanter est impertitus; cum facultate easdem Indulgentias applicandi pro animabus in Purgatorio detentis. Præsenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria Sacræ Congregationis Indulgentiarum et SS. Reliquiarum die 8 maii 1873.

L. CARD. BARILI Præfectus.

Dominicus Sarra *Substitutus*.

DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

I. Lorsque le souverain pontife accorde aux évêques la faculté de dispenser sur les empêchements simples ou doubles de consanguinité ou d'affinité, ils ne peuvent validement en user lorsque l'empêchement est triple.

II. Si ce pouvoir leur est accordé en faveur des pauvres seulement, ils ne peuvent validement en user avec les riches.

1. Lorsque le Pape Pie IX supprima la prétendue Légation Apostolique du royaume de Sicile et son tribunal [1], il pourvut aux besoins spirituels des fidèles en donnant aux Evêques Siciliens des pouvoirs très-étendus. Parmi les facultés, qui leur furent alors conférées, se trouve la suivante:

§ 14. Siculorum utilitati et commodo prospicere vehementer cupientes, omnibus et singulis Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum nullius diœcesis in Sicilia existentibus Ordinariis, ac etiam Vicariis Capitularibus canonice electis specialem facultatem tribuimus concedendi matrimoniales dispensationes in tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradu sive simplici, sive duplici, ac etiam mixto, dummodo primum non attingat, et dummodo canonica adsit causa, et dispensatio gratis omnino concedatur, nullo prorsus vel minimo recepto emolumento, et in eorum tantum favorem, qui vere pauperes sunt. Volumus tamen atque præcipimus, ut in singulis dispensationibus concedendis semper expressa mentio fiat hujusce specialis Apostolicæ facultatis. Atque etiam volumus, hujusmodi de prædictis

(1) Les lettres de suppression se trouvent dans les *Acta Santæ Sedis, etc.*, vol. III, pag. 177 seq.

matrimonialibus dispensationibus concedendis facultatem a Nobis tributam ita omnino ab omnibus esse intelligendam, ut nemo unquam eam interpretari queat veluti impedimentum, quominus Siculi fideles, si ipsis placuerit, possint supplices hanc Apostolicam Sedem directo adire ad easdem assequendas dispensationes.

2. Quelques doutes furent soulevés sur l'étendue et l'efficacité des clauses contenues dans ces pouvoirs, et les Evêques Siciliens les déférèrent à la S. Pénitencerie. Le tribunal Apostolique les renvoya à la S. Congrégation du Concile, ajoutant lui-même un doute sur l'étendue de ses propres pouvoirs. Les premiers seulement ont été résolus. Les voici avec la réponse qu'y donna la S. Congrégation du Concile.

DUBIA.

I. An Siciliæ Episcopi dispensare valeant in tertio vel quarto consanguinitatis aut affinitatis gradu triplici, id est ex triplici stipite proficiscente in casu?

II. An iidem Ordinarii dispensare valeant, quando consanguinitas vel affinitas reperiatur in tertio vel quarto gradu duplici et simul concurrat alius gradus mixtus ex tertio et quarto, id est a tertio alio stipite proveniens in casu?

III. An valide ab iisdem dispensari possint ii, qui pauperes non sint in casu?

IV. An valide dispensentur ii, qui falso paupertatem allegarunt in casu?

S. Congregatio Concilii, causa cognita in comitiis habitis die 26 aprilis 1873, respondere censuit :

Ad I, II, III et IV, Negative.

3. La solution donnée aux deux premiers doutes peut soulever une difficulté pour notre pays. Nos Evêques sont aussi en possession d'un Indult pontifical qui les autorise à dispenser dans les troisième et quatrième degrés de consanguinité

et d'affinité, et quelquefois même dans le second. On lit en effet dans leurs facultés quinquennales :

3. Dispensandi in tertio et quarto gradu simplici et mixto tantum, nedum cum pauperibus, sed etiam cum nobilibus et divitibus, in contrahendis ; in contractis vero cum hæreticis conversis, etiam in secundo simplici et mixto, dummodo primum gradum nullo modo attingat, et in his casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

Lorsque l'empêchement proviendra d'une double ou triple source, faudra-t-il appliquer la décision donnée pour la Sicile et nier à nos Evêques le droit d'user de leurs facultés? Le Pape ne leur accordant expressément que le pouvoir de dispenser dans les troisième et quatrième degrés *simples* et *mixtes*, n'est-il pas censé le leur refuser, quand l'empêchement n'est pas simple, mais double ou triple?

4. Si le mot *empêchement simple* était ici employé par opposition au terme *empêchement double* ou *triple*, nous ne balancerions pas à appliquer aux facultés dont jouissent nos Evêques la décision de la S. Congrégation du Concile. Mais est-ce bien là le sens de l'expression *simple* dans la clause dont nous parlons? Nous ne le pensons pas.

5. D'après Carrière, on entend par *degré simple*, dans les pouvoirs en question, la parenté qui n'existe que d'un côté, soit du côté du père, soit du côté de la mère, et par *degré mixte* la parenté double, triple, etc. « Igitur, *dit-il*, præfata verba significant tantum concedi facultatem dispensandi, sive cognatio existat ex una parte tantum, sive ex utraque [1]. »

Il est clair que, d'après cette interprétation, nos Evêques pourraient user de leurs pouvoirs, quand la parenté serait double, triple ou quadruple. Mais ce n'est pas l'interprétation

(1) *De matrimonio*, n. 1190, tom. II, pag. 337.

la plus généralement adoptée; et en effet elle est peu conforme au sens que l'on donne communément au terme *mixte*.

6. L'opinion la plus commune parmi les modernes donne au mot *mixte* un sens peut-être plus grammatical, et qui peut trouver sa justification dans la manière de s'exprimer de quelques auteurs anciens [1]; mais, malgré les arguments invoqués en sa faveur, nous doutons que ce sens soit conforme à l'intention du législateur : il signifierait la réunion de plusieurs empêchements.

« Assurément, *dit Caillaud*, l'indult accorde à l'Ordinaire le pouvoir de dispenser, quand la parenté est double; mais il lui accorde un pouvoir encore plus étendu, à savoir le pouvoir de dispenser quand la parenté est réunie à l'affinité. C'est dans ce sens que les mots, degré mixte, sont employés dans le premier et dans le second indult qui sont transcrits au n° 333; dans ces deux derniers indults l'explication est si claire, qu'il ne peut plus rester aucun doute que ces mots n'aient le sens que nous venons d'indiquer. Ils portent l'un et l'autre : *Dispensandi super secundo consanguinitatis aut affinitatis gradu simplici vel mixto cum tertio et quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu.* L'Ordinaire, en vertu de l'indult, a donc le pouvoir de dispenser, non-seulement de la parenté et de l'affinité, mais de la parenté et de l'affinité double, et de la parenté et de l'affinité réunies, pourvu qu'elles n'atteignent pas le second degré [2]. »

Telle est aussi l'interprétation adoptée par le Docteur Feije [3] et par la Théologie du séminaire de Malines [4].

7. Van de Burgt donne au terme *simple* le sens d'*égal*, et

(1) Cf. Sanchez, *De matrimonio*, lib. VIII, disp. XXIV, n. 5.

(2) *Manuel des dispenses*, n. 323, tom. II, pag. 222.

(3) *De impedimentis et dispensationibus matrimonalibus*, n. 524, pag. 438.

(4) *Tractatus de sponsalibus et matrimonio*, n. 101, pag. 384.

au terme *mixte* celui d'*inégal*. « Dispensandi, *dit-il*, cum pauperibus, divitibus, nobilibus in tertio et quarto gradu simplici (æquali) et mixto (concurrente tertio et quarto) in matrimonio contrahendo ; in contracto vero cum hæreticis conversis etiam in secundo simplici et mixto (secundo concurrente cum tertio vel quarto), dummodo nullo modo attingat primum gradum, et in his casibus prolem susceptam declarandi legitimam[1]. »

8. Cette interprétation a l'avantage d'être plus en harmonie avec le langage ordinaire des auteurs qui se sont plus spécialement occupés de la matière[2]; et elle n'enlève rien au pouvoir que la seconde opinion attribue aux Evêques, comme nous allons le montrer.

D'abord les Evêques peuvent dispenser, quoique l'empêchement de parenté soit double ou triple, etc. C'est l'enseignement général des auteurs tant anciens que modernes. « Potens dispensare, *dit De Justis*, in aliquo præciso gradu, v. g. in secundo, vel tertio consanguinitatis, vel affinitatis, poterit dispensare in illo, quamvis duplicatus sit[3]. » Sanchez dit également : « Potestas dispensandi in aliquo conjunctionis gradu extenditur ad eum gradum licet duplicatum[4]. » Nous

(1) *Tractatus de dispensationibus matrimonialibus*, n. 132, 1°, pag. 130.

(2) « Per gradum *mixtum* intelligitur, *dit Pichler*, inæqualis distantia duorum a communi stipite, v. g. quando una duobus, altera vero pars tribus gradibus a communi stipite distat. » *Jus canonicum*, lib. IV, titul. XVI, n. 33. Cf. Struggl, *Theologia moralis*, tract. XII, quæst. IV, n. 14; Reiffenstuel, *Jus canonicum universum*, lib. IV, *Appendix de dispensatione super impedimentis*, n. 124 et 166; De Justis, *De dispensationibus matrimonialibus*, lib. III, cap. I, n. 125; Schmalzgrueber, *Jus ecclesiasticum universum*, lib. IV, titul. XVI, n. 137, 138.

(3) *Op. cit.* lib. I, cap. II, n. 8.

(4) *De matrimonio*, lib. VIII, disp. XXIV, n. 9. Cf. Filliucius, *Quæstiones morales*, tract. X, part. II, n. 335; Rigantius, *Commentaria in Regulas Cancellariæ*, reg. XIV, n. 73.

nous contenterons, pour les modernes, de citer Giovine : « Generalis delegata auctoritas, *dit-il*, dispensandi super aliquo consanguinitatis seu affinitatis gradu extendi potest ad gradum identicum duplicatum, nempe ab utroque parente provenientem. Idque Sanchez... probat ex auctoritate Rotæ... Et idem tenent... plurimi Doctores gravis auctoritatis. Et ratio est, quia generalis potestas dispensandi, utpote favorabilis, late interpretari potest [1]. »

9. En outre les Evêques peuvent également dispenser, quand la parenté est réunie à l'affinité. La concession est générale : le Souverain Pontife donne aux Evêques le pouvoir de dispenser sur l'un et l'autre empêchement, sans exiger qu'ils soient seuls. De quel droit viendrait-on mettre une limite au pouvoir des Evêques? Sur quel principe se baserait-on pour cela? Aussi Sanchez [2] et un grand nombre d'auteurs se prononcent-ils nettement en faveur du pouvoir des Evêques.

Quelle que soit donc l'interprétation que l'on adopte, on ne peut contester à nos Evêques le droit d'user de leurs facultés, quoique la parenté soit double ou triple.

10. La concession faite aux Evêques de Sicile était restreinte par les termes mêmes de l'Indult. En leur donnant expressément le pouvoir de dispenser, quand la parenté serait double, le Souverain Pontife ne montrait-il pas suffisamment son intention qu'ils ne pussent en faire usage quand la parenté serait triple ou quadruple? A nos Evêques au contraire le pouvoir est donné d'une manière générale, illimitée. Rien par conséquent ne nous prouve que le Souverain Pontife ait l'intention d'en restreindre l'exercice au cas où la parenté est simple.

(1) *De dispensationibus matrimonialibus consultationes canonicæ*, tom. I, § 102, n. 4, pag. 169.

(2) *Loc. cit.*, n. 10. Cf. Rigantius, *loc. cit.*, n. 75 et 76; Caillaud, *loc. cit.*, n. 325, 7°, pag. 231.

11. Les deux derniers doutes concernent la valeur des dispenses accordées à ceux qui ne sont réellement pas pauvres. Autrefois les facultés accordées à nos Evêques contenaient la même clause que celles des Evêques de Sicile : *cum pauperibus* [1]. Aujourd'hui la formule est changée; elle porte : *Nedum cum pauperibus, sed etiam cum nobilibus et divitibus.* La restriction *cum pauperibus* se trouve encore dans des pouvoirs accordés à des Evêques de pays voisins du nôtre. Les Evêques de ces pays peuvent-ils en user validement avec les personnes qui ne sont pas pauvres dans le sens que Rome attache à ce mot?

12. La plupart des auteurs, qui ont traité cette question, ne l'envisagent que par rapport aux dispenses qui émanent directement de la Daterie, ou de la Pénitencerie [2]. Il en est toutefois qui l'ont examinée à notre point de vue ; et ils s'accordent à dire que la dispense serait nulle dans ce cas. « Per illa verba *dispensationes hujusmodi nonnisi personis vere pauperibus* esse largiendas), *dit Giovine*, prælaudatus Pontifex (Pius IX) satis patefecit mentem suam, quatenus si secus fiat, penitus invalida sit dispensatio impertita vigore enunciati Indulti personis, quæ vere pauperes non essent. Nec obstat, quod dispensationes impertitæ a S. Sede nominatis personis in forma pauperum illicitæ tantum censentur, minime vero invalidæ, si dispensati vere pauperes et miserabiles non existant, uti suo loco dicturi erimus. Nam istæ impertiuntur a Summo Pontifice ex sua ordinaria auctoritate, quæ semper est late interpretanda, donec expresse nullitas

(1) Dens, *Tractatus de Sacramento pœnitentiæ*, n. 222.

(2) Cf. Van de Burgt, *Tractatus de dispensationibus matrimonialibus*, n. 95, pag. 87 ; de Saint-Exupéri, *Observations sur la fulmination des dispenses de mariage*, n. 24, pag.26, ss.; Bangen, *Instructio practica de sponsalibus et matrimonio*, tom. II, § 23, pag. 213.

sit inflicta. Dispensationes vero, quæ vigore enunciati Indulti conceduntur personis non pauperibus et vere miserabilibus, prorsus nullæ sunt : quia agitur de potestate per Indultum delegata sub expressa conditione *nonnisi personis vere pauperibus*. Immo in Indulto, ubi hæc conditio non est expressa, id satis denotant verba Indulti in quo facultas delegati limitata est pro pauperibus determinate et contracte [1]. » La S. Congrégation du Concile a consacré cet enseignement. On ne peut donc douter qu'une dispense accordée en vertu d'un semblable indult à des personnes qui ne sont pas pauvres, dans le sens de la Cour Romaine, ne soit tout à fait nulle.

13. Nous avons dit ci-dessus que la S. Pénitencerie avait ajouté aux questions présentées par les Evêques de Sicile un doute relatif à la validité des dispenses par Elle accordées. La Constitution qui autorise la S. Pénitencerie à accorder des dispenses, restreint ce pouvoir aux cas, *in quibus concurrat vera oratorum paupertas per authenticam Ordinariorum attestationem comprobanda* [2]. Que faut-il penser des dispenses qu'Elle a accordées, quand les parties n'étaient pas réellement pauvres, mais ont faussement allégué ce motif? Doit-on tenir ces dispenses comme valides ? Faut-il les considérer comme nulles ? On le voit, le doute est de la plus haute importance.

14. Les auteurs étaient partagés sur cette question. Pyrrhus Corradus [3], De Justis [4], Mgr Gousset [5], Caillaud [6] et

(1) *De dispensationibus matrimonialibus consultationes canonicæ*, tom. I, § CVIII, n. 1 et 2, pag. 175. Cf. Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 25 et 491. (2) Cf. *Acta Sanctæ Sedis, etc.*, vol. VII, pag. 291.

(3) *Praxis dispensationum Apostolicarum*, lib. VIII, cap. VI, n. 68. Cf. *Ibid.*, cap. V, n. 4 seq.

(4) *De dispensationibus matrimonialibus*, lib. I, cap. VII, n. 82, seq.

(5) *Théologie morale*, tom. II, n. 866.

(6) *Op. cit.*, n. 273, 2°. Cf. n. 125.

Carrière [1] se prononcent pour la nullité; tandis que saint Alphonse [2] et Giovine [3], s'appuyant sur une décision de la S. Congrégation du Concile, en date du 9 septembre 1679, soutiennent la validité de la dispense.

15. Dans ce conflit des auteurs, Mgr l'Evêque de Grenade s'adressa à la S. Congrégation du Concile, pour obtenir une décision sur ce point. La S. Congrégation examina la question dans sa séance du 18 avril 1863, et différa la solution. Au doute : *An Apostolica dispensatio in forma pauperum obtenta censenda sit valida in casu ;* elle repondit : *Dilata* [4]. La S. Congrégation ne s'était plus occupée de la question depuis lors ; mais la S. Pénitencerie vient de la lui soumettre pour ce qui la regarde. Voici le doute qu'elle a formulé : « An validæ essent dispensationes concessæ a S. Pœnitentiaria, attestatione præmissa paupertatis oratorum ab Ordinariis data, quando ipsa paupertas falso exponatur [5] ? » La S. Congrégation a ajourné la réponse. Si elle la donne un jour, nous la communiquerons à nos lecteurs.

Pendant qu'on était occupé à imprimer ces pages, la solution du cinquième doute nous est parvenue. Ce doute concerne

(1) *De matrimonio*, n. 1129. V. dans le même sens pour les dispenses de la S. Pénitencerie, pour le for exterieur, M. Feije, *De impedimentis et dispensationibus matrimonialibus*, n. 670, pag. 561 ; Lacroix, *Theologia moralis*, lib. VI, part. III, n. 859.

(2) *Homo Apostolicus*, tract. XVIII, n. 87.

(3) *De dispensationibus matrimonialibus*, tom. II, § 74, n. 3, pag. 181. V. dans le même sens, Monacelli, *Formularium legale practicum*, part. II, tit. XVI, form. II, n. 33; Ferraris, *Bibliotheca canonica*, V. *Dispensatio*, n. 31 ; *Theologia ad usum Seminarii Mechliniensis*, Tractatus de sponsalibus et matrimonio, n. 99, XII, pag. 365.

(4) *Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii*, tom. CXXII, pag. 149.

(5) Cf. *Acta Sanctæ Sedis, etc.*, vol. VII, p. 291.

la validité des dispenses accordées par la S. Pénitencerie pour le for externe, quand les parties se sont fait passer pour pauvres, quoiqu'elles ne le fussent pas. Les pouvoirs du Grand-Pénitencier sont restreints aux cas « in quibus concurrat vera oratorum paupertas per authenticam Ordinariorum attestationem comprobanda. » La pauvreté est-elle une condition nécessairement requise pour la validité de l'usage de ces pouvoirs ? Telle est la question que la S. Congrégation du Concile avait à résoudre.

Dans son rapport, le Secrétaire de la S. Congrégation nous fait connaître la pratique de la S. Pénitencerie, laquelle varie selon les temps. Il faut donc distinguer : 1° le temps qui précède la dispense ; 2° celui qui s'écoule entre la concession de la dispense et son exécution ; 3° enfin le temps qui suit l'exécution de la dispense.

1° Lorsque, avant d'accorder la dispense, la S. Pénitencerie apprend de *source certaine* que les parties ne sont pas pauvres, elle s'abstient, et renvoie la supplique à la Daterie. Lorsqu'*elle n'a qu'un doute*, ou elle demande une nouvelle attestation de la part de l'Ordinaire, ou, s'il y a péril en la demeure, elle accorde la dispense, mais sous la condition expresse : *pourvu que les futurs soient réellement pauvres.*

Si elle vient à la connaissance de la non-pauvreté des parties après avoir donné la dispense, mais avant son exécution, alors la S. Pénitencerie renvoie les Orateurs à la Daterie, ou si les circonstances conseillent une autre mesure, elle implore de nouveaux pouvoirs du Pape et concède la dispense ; mais elle ne fait jamais cette concession en vertu des pouvoirs antérieurs.

Enfin si la non-pauvreté des Orateurs n'est découverte qu'après l'exécution de la dispense, la S. Pénitencerie enlève le vice de la dispense, la *guérit*, pour nous servir du terme

technique, non pas en vertu de ses pouvoirs propres, mais en vertu de facultés spéciales qu'elle demande au Saint-Père chaque fois que le cas se présente.

Cette pratique de la S. Pénitencerie nous montre l'interprétation qu'elle donne à ses pouvoirs, et nous prouve qu'elle regarde la pauvreté des Orateurs comme une véritable condition; et cela avec raison, ajoute le Secrétaire de la S. Congrégation du Concile : car ses pouvoirs ne lui ayant été conférés qu'en faveur des pauvres, le Grand-Pénitencier ne pourrait, sans se rendre coupable de péché, en user en faveur des riches; or l'hypothèse d'une semblable prévarication répugne. D'où l'on doit conclure qu'il ne veut réellement dispenser que ceux qui sont vraiment pauvres.

Au doute proposé la S. Congrégation du Concile répondit qu'il ne fallait rien changer à la pratique de la S. Pénitencerie. Voici le texte du doute et de la réponse, ainsi que le rapport du Secrétaire.

DUBIA CIRCA FACULTATES DISPENSANDI AB IMPEDIMENTIS MATRIMONIALIBUS.

Die 28 *Junii* 1873.

Circa facultates dispensandi ab impedimentis matrimonialibus in Comitiis habitis die 26 Aprilis proxime præteriti quinque dubia EE. VV. Sapientiæ dirimenda proponebantur, quorum quatuor priora, quæ facultates Episcoporum Siculorum respiciebant, quæque sic se habebant: 1° *An Siciliæ Episcopi dispensare valeant in tertio vel quarto consanguinitatis aut affinitatis gradu triplici, id est ex triplici stipite proficiscente in casu?* 2° *An iidem Ordinarii dispensare valeant, quando consanguinitas vel affinitas reperiatur in tertio vel quarto gradu duplici, et simul concurrat alius gradus mixtus ex tertio et quarto, id est a tertio alio stipite proveniens in casu?* 3° *An valide ab iisdem dispensari possint ii, qui*

vere pauperes non sunt in casu? 4° An validè dispensentur ii, qui falso paupertatem allegarunt in casu? negativa responsione dimissa sunt. Ad Quintum vero, in quo de S. Pœnitentiariæ facultatibus res erat, quodque ita sonabat : *An validæ sint dispensationes in forma pauperum a S. Pœnitentiaria concessæ, quando paupertas falso allegata fuerit in casu?* EE. VV. placuit respondere : *Dilata ad primam post proximam.*

Quoniam igitur dubium hoc, cujus gravitas neminem fugit, iterum EE. VV. judicium subiturum est, abs re non erit, iis quæ jam disputata sunt, quæque iterum recolere EE. VV. dignabuntur, pauca quædam addere, quæ nonnihil lucis controversiæ offundere videantur. Ac principio quidem animadvertere iterum lubet, controversiam hanc ad solum Pœnitentiariæ tribunal hodie cohiberi ; quod tribunal circa dispensationes matrimoniales in foro externo concedendas extraordinarium est, ac facultatibus pro solis pauperibus potitur. Ordinarium enim organum (ita enim loquuntur), quo S. Sedes utitur ad hujusmodi dispensationes tradendas, Apostolica Dataria est, quæ cum eas tam divitibus quam pauperibus tribuere soleat, formulam specialem adhibet, quæ *in forma pauperum* audit, quando pro his dispensat.

Sacra vero Pœnitentiaria, cui facultas inest dispensandi iis tantum in casibus, *in quibus concurrat vera oratorum paupertas per authenticam Ordinariorum attestationem comprobanda*, non habet peculiarem formulam, qua dispensationes pro pauperibus expediat ; et si ejus dispensationes *in forma pauperum* appellare lubeat, eo tantum sensu ita appellari poterunt, quia in favorem pauperum conceduntur : atque idcirco cum in disquisitionibus nostris loquendi proprietas accurate servanda sit, juxta ea quæ animadvertimus, dubium hodie reformabimus. Ex his quæ de Dataria et Pœnitentiaria diximus, consequitur, ut quando dubium incidat de dispensationibus favore pauperum a Dataria concessis, res sit de forma, quando vero a Pœnitentiaria, de facultate : id est in priori casu dubium oriri poterit, utrum *forma* illa *pauperum* ita sit intima et essentialis dispensationi, ut deficiente paupertate, ob quam dispensatio in forma illa concessa est, et ipsa dispensatio

corruat ; de qua tamen re nihil in præsenti controversia : in altero vero casu, ad quem dirimendum provocamur, dubitari poterit, utrum facultas dispensandi ita ad paupertatem coarctetur, ut ea deficiente, dispensatio et ipsa deficere censenda sit.

Cum autem optima facultatum interpres sit ratio, qua ea in usum deduci solet, non erit inopportunum juxta uberiores notitias quas hausimus, pauca disserere de consuetudine, qua in hujusmodi dispensationibus largiendis S. Pœnitentiaria utitur. Qua in re triplex tempus distinguendum est ; tempus nempe quod dispensationem præcedit ; tempus quod inter dispensationem et ejus executionem intercedit ; tempus denique, quod dispensationem jam executioni demandatam consequitur. Si agatur de primo tempore, quo dispensatio nondum concessa est, tum si *certo* deprehendatur, Oratores vere pauperes non esse, eorum petitio ad Apostolicam Datariam remittitur ; si vero *dubium* tantum oriatur de vera oratorum paupertate, tum vel ulteriores ab Ordinariis declarationes exquiruntur, vel si nuptiæ instent, et periculum sit in mora, dispensatio conceditur quidem, sed sub expressa conditione, dummodo oratores vere pauperes sint. Quod si agatur de secundo tempore, id est si Oratorum non paupertas detegatur, concessa quidem dispensatione, sed nondum executioni demandata, tum S. Pœnitentiaria vel remittit oratores ad Apostolicam Datariam, vel si rerum adjuncta aliter faciendum esse suadeant, imploratis peculiaribus facultatibus ex Audientia SSmi, novam dispensationem concedit ; nunquam tamen in nova hac dispensatione concedenda utitur iis facultatibus, in quarum vim cum pauperibus dispensare valet. Denique si agatur de tertio tempore, id est si post dispensationem executioni demandatam innotuerit, oratores vere pauperes non esse, tum sacrum illud Tribunal sanationem tribuit non quidem ex propriis facultatibus, sed rem ad SSmi audientiam in singulis casibus deferendo. Quæ omnia clare ostendere videntur, ita facultates, de quibus agimus, a S. Pœnitentiaria interpretari, ut ad solos pauperes cohibeantur ; et quoties in vim earum dispensatum fuerit cum iis, qui postmodum haud pauperes detecti fuerint, dispensationem haberi veluti nullam, cum vel alia dispensatio, vel sanatio tribuatur.

Et merito quidem : nam cum hujusmodi dispensandi facultas Emo Pœnitentiario coarctata sit ad solos pauperes, illicite ille ageret, si eam ad divites etiam extenderet. At mens refugit cogitare, velle Emum Pœnitentiarium, tantum in Ecclesia hominem, christianæ moralitatis præcipuum custodem et vindicem, ad illicita prolabi. Quare concludendum erit, nolle eundem nisi cum iis, qui vere pauperes fuerint, dispensare.

Objici tamen posset, ad dispensationis validitatem dijudicandam, mentem quidem dispensantis attendendam esse, sed Pontificis non Pœnitentiarii. Pontifex enim non Pœnitentiarius dispensat. Nam quemadmodum de Datario dicitur, eum esse *organum mentis et vocis Papæ*, Corrad. in *Praxi Dispensat. Apost. lib.* 2, *cap.* 1, *n.* 36, id ipsum dici debet de Majori Pœnitentiario intra limites facultatis eidem tributæ. Igitur cum non mens Pœnitentiarii, sed Pontificis attendenda sit, valebit communis regula, juxta quam dispensatio habetur valida quoties causa principalis et finalis verificatur, invalida, si non verificetur.

Cui tamen difficultati regeri poterunt, servatis servandis, quæ idem Corrad. *loc. cit.*, *n.* 32 *seqq.* ait de Datario, *per cujus*, inquit, *manus transeunt omnes gratiæ, qui accuratissime considerat, an gratia sit concedenda, vel deneganda : nam quamvis Papa concedat gratiam, et non Datarius, ut per Rot., decis.* 458, *n.* 5, *p.* 3, *diver., nihilominus Sanctitas Sua ad illas concedendas vel denegandas moveri solet secundum intentionem Datarii.*

Quæ hactenus congessimus, si cum iis conferantur, quæ attulimus cum primum controversia hæc proposita est, satis ostendent, quam periculosum sit, generalem regulam tradere, qua ea dirimatur ; idque eo vel magis, si considerentur causæ, propter quas a S. Pœnitentiaria dispensationes, de quibus agimus, conceduntur. Non enim ob unicam illam, ut olim, causam incestus patrati aut præsumpti, quæ sola ob gravitatem suam ad dispensationem obtinendam satis esset, sed ob omnes causas canonicas conceduntur, quæ cum paupertate concurrant. Quæ quidem causæ interdum tales esse possunt, ut ab ipsa paupertate aut separari nequeant, aut ab ea originem ducant ; ita ut paupertate deficiente,

causæ illæ evanescant. Ad exempla quæ jam adduximus, hæc addantur. Causa dispensationis apud S. Pœnitentiariam, est *mulier indotata*. At si paupertatem demas, mulier amplius indotata non erit. Igitur causa hæc cum paupertate omnino confunditur. Alia causa est *periculum*, ne puellarum honestas ob earum paupertatem naufragium patiatur. Malesuada enim fames eos etiam interdum ad crimina impellit, ut experientia docet, qui aliter honeste vixissent. Atque utinam ex benignitate Ecclesiæ omnes puellæ, infimæ præsertim conditionis, ex periculis, in quæ ob paupertatem suam conjiciuntur, evasuræ postmodum civilis societatis, et christianæ honestatis pestis, eriperentur! Hæc, inquam, causa, neque infrequens, neque improbabilis, si paupertatem tollas, a qua gignitur, evanesceret. Igitur si validitas hujusmodi dispensationum ex causis tantum dimetienda foret, generalis regula omnibus casibus applicanda præberi non posset. Atque idcirco inspectis casibus particularibus, judicandum esset, utrum nova dispensatio vel sanatio concedenda esset, prout nunc præstari solet a S. Pœnitentiaria. Quæ quidem nova dispensatio vel sanatio æquivalet pristinæ illi *formæ*, quæ apud Apostolicam Datariam obtinet, quæque *perinde valere* nuncupatur.

Cæterum cum eo dubium recidat, utrum mens fuerit Supremi Pontificis ita coarctare Emo Pœnitentiario facultates, ut etiamsi nihil ab eo ad veram Oratorum conditionem detegendam prætermissum fuerit, etiamsi causa alia canonica satis gravis subsit, etiamsi bona fide paupertas ab Oratoribus occultata fuerit, tamen si hæc vere non adsit, invalida judicanda sit dispensatio ; cumque id nimis fortasse durum videatur, nec facile cum Supremi animarum Pastoris benignitate conciliandum, videbunt EE. VV. utrum ad omnem anxietatem tollendam expediat consulere eidem SSmo Patri, ut mentem suam Emo Pœnitentiario Majori aperire dignetur.

Post hæc iterum rogo EE. VV. ut sequens, quod aliquatenus quoad verba reformatum est, dirimere dignentur

DUBIUM.

An validæ sint matrimoniales dispensationes pro pauperibus a S. Pœnitentiaria in foro externo concessæ, quando paupertas falso allegata fuerit in casu. — R. Nihil innovetur.

POSTULATA PRÉSENTÉS AU CONCILE DU VATICAN.

Le fait de notre époque le plus remarquable et le plus intéressant pour le Clergé est certainement le Concile du Vatican, et le Clergé ne peut rester étranger ou indifférent à ce qui s'y est passé. Un jour les travaux du Concile seront repris ; les Pères continueront à nous enseigner sur le dogme et à proscrire les erreurs qui y sont opposées. Ils ne manqueront pas de s'occuper aussi de la discipline, point si important pour le Clergé tant séculier que régulier. En attendant, un recueil intéressant vient d'être publié par Mgr Martin, Evêque de Paderborn. Il est divisé en quatre parties. La première contient les Constitutions dogmatiques publiées dans le Concile; les projets de décrets dogmatiques distribués aux Pères du Concile, et les *Postulata* de ceux-ci relatifs aux dogmes, à définir par le Concile.

Dans la seconde partie nous trouvons d'abord les projets de discipline soumis aux Pères du Concile ; puis les *Postulata* des Evêques de France, d'Allemagne, de Belgique, d'Amérique, d'Italie, etc.

La troisième partie nous offre les projets de décrets concernant les Réguliers et un *Postulatum* des Bénédictins de la Suisse.

Enfin la quatrième partie reproduit les documents qui ont pour objet les rites orientaux et les pays de missions.

On a commencé à Rome la publication de tous les documents relatifs au Concile du Vatican. Cette collection comprendra six gros volumes, dont le premier a déjà paru.

Nous croyons faire chose très-agréable à nos lecteurs, en

puisant dans ces deux collections les pièces qui peuvent les intéresser, et en les accompagnant de quelques notes. Nous commençons aujourd'hui par la reproduction des *Postulata* de l'Episcopat Belge.

POSTULATA

ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPORUM BELGII.

Emi ac Rmi Domini!

Concilium Tridentinum pro reformatione statuit ea quæ statuere poterat attenta temporum necessitate ; non autem ei datum fuit meliora et perfectiora præscribere.

Episcopi autem Belgii decreta disciplinaria Tridentini adimplere conati sunt et, Deo benedicente, quædam ad majorem perfectionem juxta Tridentini mentem perduxerunt. Hinc perfectionem inductam et jam usu firmatam consecrare cupientes, petunt decreta Concilii Vaticani ita conscribi, ut hæc perfectio non impediatur, imo ut nonnulla universaliter commendentur ac præcipiantur, ut breviter in sequentibus, judicia Ecclesiastica, Clerum ac pias nonnullas Congregationes spectantibus, exponitur.

I.

De Judiciis Clericorum.

In Belgio Tribunal Ecclesiasticum in Clericis judicandis potius paternum vocari posset, fitque sine ullo strepitu. Presbyteri prolapsi ab Episcopo vocantur et correctionem pœnamque passim subeunt submisse, firmiter persuasi hæc fieri juste et misericorditer. In tabulario vix aliquid servatur quo fama Cleri imminui aliquando possit, nisi prævideatur necessitas adhibendi quædam documenta, si de sententia appelletur.

Postulatur itaque ut addatur in decretis de judiciis : si alicubi omnia paterne fiant, ita ut disciplina ecclesiastica inde nullum

damnum patiatur, hanc praxim, mansuetudini Christi conformem, nullo modo improbatam volumus [1].

(1) Ne serait-il pas utile d'avoir, à côté de ce tribunal paternel, un véritable tribunal, où les affaires se traiteraient selon les règles d'une procédure sommaire à établir par le Concile, comme le demandent les Evêques d'Allemagne (*Postulata*, n. 5)? Tant que les choses resteront comme elles sont, on prétendra, à tort sans aucun doute, voir l'arbitraire diriger les sentences du tribunal paternel. On ne peut nier que ce préjugé existe chez une partie notable du Clergé, et que plusieurs y trouvent des prétextes à l'esprit de critique et d'insubordination dont on se plaint quelquefois. C'est là un grave inconvénient, qui nous semble de nature à affaiblir le pouvoir épiscopal, et il importe, surtout aujourd'hui, qu'il conserve toute sa force. L'établissement d'un tribunal réel, auquel les accusés pourraient s'adresser, s'ils le veulent, de préférence au tribunal paternel, ne ferait-il pas disparaître cet inconvénient? C'est dans ce but que Mgr Sibour avait rétabli l'officialité, comme il nous l'apprend lui-même. « La principale raison, *dit-il*, qui m'a fait regarder comme opportune....., et mes *Institutions diocésaines* en général, c'est précisément la situation des esprits dans le clergé, c'est-à-dire d'une part les tendances à l'insubordination qui se manifestent et de l'autre l'affaiblissement du pouvoir épiscopal. Mon but a été de fortifier ce pouvoir et de mettre un frein salutaire à l'insubordination. J'ai cru que pour l'atteindre, il fallait régler l'autorité, la régler dans son pouvoir judiciaire. J'ai pensé qu'en enlevant à l'esprit d'insubordination des prétextes qu'il tire sans cesse de l'arbitraire avec lequel il prétend que tout se fait de la part des Evêques, je lui enlevais son arme la plus redoutable. Me serais-je trompé? Je ne le pense pas. Je crois mes *Institutions* plus favorables encore à la discipline qu'elles ne le sont aux prêtres. Je crois que les Evêques, en se privant de certaines formes dont il leur serait facile d'environner leurs actes, se privent d'une grande force. » *Institutions diocésaines*, Tom. II, page 55.

Or quel a été le résultat de l'expérience tentée par Mgr Sibour? On lui avait fait craindre que le rétablissement de l'Officialité n'enhardît les mauvais prêtres ou ne leur assurât l'impunité. Voici ce qui a eu lieu, comme lui-même l'atteste. « En ce qui concerne les troubles et les inconvénients nombreux qu'avait pu entraîner la mise en pratique de l'Officialité, on pourra s'en faire déjà une idée, quand on saura que le nouveau tribunal disciplinaire n'avait pas eu à s'assembler une seule fois, depuis son institution, et que l'ancienne Officialité n'avait eu à juger que deux causes, en deux ans, dont une seulement regardait les mœurs. » *Ibid.*, page 19.

II.

De Clericorum Seminariis.

Seminaria in Belgio florent studiis et vera pietate, ex eo quod alumni humaniora discentes educantur in minori, ut vocari solet, Seminario, veste modesta non tamen prorsus clericali induti, om-

Dans une lettre à M. le Ministre des Cultes, Mgr Sibour écrit encore les lignes suivantes : « L'Officialité, M. le Ministre, ne fait pas peur aux bons prêtres, mais elle fait grand'peur aux mauvais. Ce sont ceux-ci qui en médisent, et si nous cherchions bien, nous trouverions que les plaintes qui ont pu s'élever jusqu'à vous n'ont pas une autre origine. Cette répugnance des mauvais prêtres pour un tribunal, dont les sentences ne leur laissent plus la ressource d'accuser de leurs disgrâces l'arbitraire et le despotisme épiscopal, n'est pas à mes yeux la moindre preuve de la bonté de l'institution. Votre Excellence pourra juger du trouble qu'a pu produire dans mon diocèse l'établissement définitif de l'Officialité, lorsqu'elle saura que depuis son établissement, qui date déjà d'un an, nulle cause encore ne lui a été déférée. Cette absence de causes est elle-même un des fruits de mon Officialité ; elle a imprimé une crainte salutaire, et la discipline y a gagné. » *Ibid.*, pag. 24.

Enfin le même Prélat écrivait à un de ses collègues en 1846 : « De même, pour ce qui regarde l'Officialité, je dois dire que, depuis plus de deux ans qu'elle fonctione, elle m'a rendu, sous le rapport du maintien de la discipline, les plus grands services. Loin d'être un appui pour les mauvais prêtres, ce tribunal au contraire a été leur épouvante. Quelques-uns ont été condamnés bien plus sévèrement que je n'aurais osé le faire moi-même; et dans deux ou trois cas, des prêtres prévenus de fautes graves et menacés de l'Officialité sont venus me supplier de leur imposer telle pénitence que je voudrais, mais de ne pas les faire passer par l'Officialité ; sauf le cas de scandale éclatant, j'ai résolu d'écouter de semblables prières. Mais il est évident que ce tribunal qu'on redoute ajoute une grande force à mon autorité et une grande valeur à ma sentence; car celui qui a reculé devant le jour de la discussion et qui a refusé les juges que je lui voulais donner, ne peut plus se plaindre de ma sentence et calomnier mes intentions ou celles de mes Grands-Vicaires, comme cela arrivait avant l'établissement de l'Officialité. » *Ibid.*, pag. 57.

C'est parce que nous sommes certains que l'établissement d'un tribunal réel produirait d'aussi heureux résultats chez nous, que nous nous permettons d'en exprimer le désir.

nino separati ab Alumnis qui disciplinis theologicis incumbunt. Hi autem ad ordines non admittuntur, antequam per longum tempus, annos scilicet tres vel quatuor, in Convictu Seminarii quasi in novitiatu ordinis ecclesiastici vixerint.

Postulatur itaque ut hoc Seminariorum regimen approbetur, vel saltem nullo modo improbetur; improbatum utique videretur si nude præscripta Concilii Tridentini de Seminariis inculcarentur [1].

III.

De collatione ecclesiarum parochialium et succursalium.

1. Concursus ad Curas pastorales in Belgio sic ordinatur. Presbyteri in sacrum ministerium missi vel ad docendam adolescentiam deputati, singulis annis vel bienniis in Seminario congregantur et per examen in scriptis, quod quasi *Concursus* appellari potest, suum in doctrina sacra progressum probant. Examen illud seu *Concursus* per plurimos annos durat, et vi hujus nominantur concurrentes ad Curas pastorales quæ vacaverint. Hinc sequitur Sacerdotes non tantum *semel*, ut Synodus Tridentina requirit, sed sexies aut etiam decies periculum facere suæ aptitudinis ad munus pastorale. Curæ autem pastorales conferuntur attentis testimoniis parochorum et decanorum circa mores, pietatem, zelum et prudentiam Candidatorum, quæ testimonia etiam per plures annos sunt repetenda; ita ut sit certitudo omnimoda meritorum promovendi, quod utique menti Synodi Tridentinæ est quam maxime conforme [2].

Postulatur itaque ne quid in Decretis statuatur quo hæc praxis

(1) Cette demande de nos Evêques n'est aucunement opposée au rétablissement des commissions prescrites par le Concile de Trente pour la bonne administration des séminaires. Nous n'ajouterons rien à ce que nous en avons dit dans notre dernière livraison (pag. 353 et suiv.).

(2) Pense-t-on qu'il soit entré dans les vues du Concile de Trente de nommer quelqu'un à un poste, fût-ce même une cure primaire, malgré lui, ou pour ainsi dire malgré lui ? Nous ne le pensons pas.

impediatur ; imo, ut videtur, hæc disciplina non parum prodesset aliis diœcesibus.

2. Quoad Ecclesias succursales, postulatur ut decisio data a S. M. Gregorio XVI Episcopo Leodiensi, circa parochos *succursalistas*, ut vocantur, conservetur et confirmetur. Disciplina hæc, ab annis fere 70 vigens, fuit utilissima et etiamnunc est necessaria. Bonis et piis Sacerdotibus est perjucunda (?) ; paucis quandoque discolis odiosa quum magis attendere teneantur ne eorum vitia tandem aliquando per mutationem stationis vel depositionem puniantur [1].

(1) Nous ne sommes pas partisans de l'inamovibilité telle qu'elle existait autrefois : mais nous ne trouvons non plus parfait et à l'abri de toute critique le régime actuel. N'y aurait-il pas moyen, sans rien enlever au pouvoir épiscopal, de donner quelques garanties de stabilité à la position des succursalistes ? Nous le pensons, et nous désirons qu'on le fasse aussi bien dans l'intérêt des Evêques que dans celui des desservants. « Il est certain, *dit Mgr Sibour*, que cette amovibilité des desservants, qui aujourd'hui, dans le système des articles organiques, n'est soumise à aucune règle déterminée, constitue un état disciplinaire extraordinaire, lequel a beaucoup d'inconvénients, et qui est d'ailleurs le grand cheval de bataille de tous les adversaires de l'autorité épiscopale. » *Ibid.*, pag. 59. Pour obvier à ces inconvénients, Mgr Sibour faisait intervenir l'Officialité dans les changements des desservants. « Il y a certainement, *dit-il*, quelque chose à faire pour améliorer le sort des desservants. Il faut, s'il est possible, leur donner une plus grande stabilité. Pour nous, nous sommes entrés dans cette voie, en tant que nous le pouvions, par cette loi que nous nous sommes imposée et qui est devenue une des dispositions du règlement de notre Officialité, de ne déplacer aucun desservant malgré lui, si ce n'est quand un jugement, toujours basé sur une faute de sa part, nous y aura autorisé. Cette faute devra être naturellement moindre que celle pour laquelle un curé peut être privé de son titre. Cependant il faudra qu'elle soit suffisante pour légitimer, de la part de l'Officialité, la peine de la réprimande ou de l'envoi dans une maison de retraite. De cette manière, nous concilions les besoins de notre diocèse avec les intérêts de nos prêtres. Ce qui leur importe, c'est de ne pas être déplacés arbitrairement malgré eux ; ce qui nous importe à nous pour le bien de l'Eglise, c'est qu'ils puissent l'être facilement quand il y a des motifs. Voilà à quoi se prête notre organisation. » *Op. cit.*, tom. I, pag. 486.

IV.

De Synodo Diœcesana.

Synodus Diœcesana annue celebrari potest et utilissime celebratur in Belgio, dum apices juris non omnino servari debent, nec omnes debeant vocari qui curam habent animarum.

Postulatur igitur ut decreto de Synodo diœcesana hæc addantur : In diœcesibus, in quibus usus invaluit vel induci potest [1], ut Synodus Diœcesana quotannis celebretur ab Episcopo, vocatis Canonicis ecclesiæ cathedralis, decanis christianitatum et examinatoribus synodalibus, hæc agendi ratio servetur.

Dans leurs *Postulata*, les Evêques d'Allemagne demandent de pouvoir changer les curés, lorsqu'il sera constaté, par les suffrages des examinateurs prosynodaux, qu'ils ne sont plus propres à gouverner leurs paroisses. « Pariter petimus, ut permittatur translatio parochi non voluntaria, vel dimissio cum pensione congrua, quoties per sententiam sive per vota Examinatorum prosynodalium constiterit, eundem ad regendam parochiam non amplius esse idoneum. » (*Omnium Concilii Vaticani documentorum collectio*, pag. 179). L'intervention des Examinateurs prosynodaux offrirait donc un autre moyen de pourvoir à la stabilité des desservants.

Mais ne serait-il pas préférable de recourir à une autre commission qui serait composée des membres du Clergé que leur position met le plus à même de connaître le personnel ecclésiastique du diocèse ? Il nous semble qu'une semblable commission, qui serait consultée par l'Evêque sur toutes les nominations et sur tous les changements, rendrait les plus grands services à l'Evêque en mettant sa responsabilité à couvert, et au diocèse en donnant la plus sûre garantie à l'excellence du choix des sujets pour les différents postes.

(1) Nous ne voyons pas ce qui pourrait s'opposer à l'introduction de cet usage dans tous les diocèses de la Belgique, à moins qu'on ne veuille ranger parmi les obstacles les prescriptions de l'Eglise qui imposent aux Evêques l'obligation de tenir un véritable synode chaque année (Voir ci-dessus, pag. 26 et suiv.).

V.

De piis virorum ac feminarum Institutis.

Præter monasteria stricte dicta sunt in Belgio quasi innumeræ piæ tum virorum tum feminarum familiæ quæ bonis operibus occupantur, videlicet : educatione et instructione pueritiæ et adolescentiæ, cura senum, cœcorum, surdorum, mutorum, insanientium, languidorum, morientium. Hæ familiæ Episcopo annuente et favente natæ, ejus consiliis et vigilantia opus habent. Episcopus enim præ omnibus aliis novit earum necessitates et pericula, iisque auxilium fert opportunum et egregium. Tales domus deditæ operibus zeli et charitatis sunt ducentæ vel trecentæ in quacumque Diœcesi Belgii, prosperantur et Deo, ut speramus, sunt gratissimæ, Ecclesiæ autem utilissimæ. Passim reguntur juxta spiritum ss. Canonum in illis quæ spectant ad novitiatum, separationem a profanis, spiritum paupertatis, etc. Sed illas reducere ad apices juris et submittere Congregationi Romanæ est impossibile.

Postulatur itaque : ut auctoritas Episcopi sit et maneat in omnia monasteria Fratrum laicorum et Sororum, ita quidem ut ad Episcopum recurratur pro omni administratione spirituali et temporali.

VI.

De Oratoriis privatis.

Postulatur ut Concilium potestatem faciat omnibus Ordinariis, concedendi privatis quibusdam personis, quas ipsi in Domino dignas judicaverint, oratorium domesticum in quo sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrari possit ; imo, si adsint rationes sufficientes, SS. Eucharistia asservetur ; *sub conditionibus tamen vel a Concilio vel a S. Sede præscribendis, et ad quas omnino teneantur Ordinarii.*

VII.

De Altaribus privilegiatis.

Obtineat Concilium a S. Sede, ab Episcopis concedi posse unum altare privilegiatum in qualibet ex suis ecclesiis collegiatis vel

parochialibus et in quolibet ex suis Oratoriis vere publicis, idque vel in perpetuum vel ad tempus limitatum, sed ita tamen ut ea concessio ab Episcopis renovari semper possit quin ad S. Sedem recurrere teneantur. Si vero S. Sedes hanc facultatem sibi reservare omnino velit, obtineat Concilium ut in Brevi concessionis non occurrant clausulæ tam ambiguæ, ut inde videri possint revocata privilegia antea licet in perpetuum concessa.

VIII.

De facultatibus extraordinariis.

1. Postulatur ut facultates quæ pluribus Ordinariis concedi solent a S. Sede, et vocantur vel Quinquennales vel Triennales vel Annales, adeoque singulis vel quinquenniis vel trienniis vel annis renovandæ sunt ac semper renovantur, in posterum concedantur pro toto tempore quo Ecclesiæ suæ regimini præsunt illi quibus dantur.

2. Postulatur ut reliquæ facultates extraordinariæ, quæ pro bono animarum a S. Sede Ordinariis conceduntur, in posterum non ad aliquot vices, sed ad tempus impertiantur.

IX.

De Sacramento Matrimonii.

I. Abrogare velit Concilium Vaticanum:

A. Quarti gradus sive æqualis sive inæqualis impedimenta tum consanguinitatis tum affinitatis ortæ ex matrimonio.

B. Publicæ honestatis ex sponsalibus tantum.

C. Cognationis spiritualis ex Baptismo, præterquam inter levantem et levatum.

D. Secundi gradus sive æqualis sive inæqualis lineæ collateralis affinitatis ex copula illicita, dummodo primus gradus non interveniat.

Motiva hujus postulati sunt :

1. Familias hodiedum ita quandoque dispergi, ut sæpius in

4° gradu sese contingant nupturientes, quin vel aliquid de consanguinitate aut affinitate suspicetur. Hinc nonnumquam fit ut petatur dispensatio in 4° gradu, contracto jam matrimonio, et quidem bona fide, ac pluribus annis.

2. In locis exiguis revera quandoque ita omnes familias vel consanguinitate vel affinitate inter se ligari, ut vix fieri possit ibi matrimonia contrahi aliter quam inter personas 4° saltem gradu junctas.

3. Quod præcipuum est, et pro omnibus in hac materia postulatis valet, in regionibus ubi viget matrimonium civile, non dari civile v. g. impedimentum 3i vel 4i gradus. Ibi igitur, pro languescentis fidei vitio pronum est, ut spreta Dei et Ecclesiæ lege, plures sub specie matrimonii civilis in turpi concubinatu vivant. Unde Postulati ratio.

II. Statuat Concilium in supplici libello ad obtinendam dispensationem S. Sedi oblato, non amplius exprimendum esse incestum ab oratoribus commissum inter se. Hujus Postulati motiva sunt :

1. In hodierno societatis statu sæpe odiosum videri, si parochus de similibus inquirat ; eo vel magis quod, juxta communem auctorum doctrinam, non teneantur oratores se infamare extra Confessionem.

2. Si autem illud peccatum detegatur in Confessione, quæ sæpius uno alterove tantum die Matrimonium præcedit, nescit ut plurimum quo se vertat Confessarius ; probe sciens ex una parte dispensationem obtentam esse invalidam, et ex altera parte deesse tempus quandoque ut obtineatur convalidatio ante Matrimonii celebrationem ; quæ forsan differri non poterit, quia v. g. mos est in loco ut eodem die et coram lege civili et coram Ecclesia contrahant, ac omnia parata sunt.

3. Quia, si numquam extra Confessionem de incestu interrogarentur nupturientes, plures ea de re non cogitarent eo nempe sensu ut de industria non committerent hoc crimen ad facilius obtinendam dispensationem ; alii falso non allegarent copulam commissam fuisse, ut fit quandoque.

III. Statuat Concilium litteras dispensationis a S. Sede ex-

peditas in posterum non amplius fore invalidas, sive ob reticitum incestum in precibus, aut patratum seu reiteratum post missas preces et ante dispensationis executionem ; neque ob errorem nominis diœcesis vel nominis aut cognominis contrahentium, dummodo constet de personarum identitate ; neque ob expressionem consanguinitatis loco affinitatis seu vice versa, dummodo gradus accurate exprimatur, aut saltem dummodo verus gradus non sit propinquior quam qui expressus fuit in supplica.

Prima hujus Postulati pars est consequens præcedentis. Utilitas reliquorum quæ inibi petuntur ad pericula animarum avertenda satis patet.

IV. Declaret Concilium validas in posterum fore litteras dispensationis a S. Sede expeditas, licet agentes vel amanuenses romani causis in libello supplici allegatis alias addant aut substituant, vel causarum circumstantias suo modo aliter exponant quam exponuntur in libello S. Sedi oblato.

V. Statuat Concilium omnia Brevia vel rescripta S. Sedis rem matrimonialem spectantia, quorum executio commissa est Episcopo ejusve Vicario generali aut officiali, Sede per mortem hujus Episcopi vacante, a Vicario Capitulari executioni dari posse.

VI. Statuat Concilium Vicario Capitulari, Sede Vacante, concessas censeri omnes et singulas facultates peculiares et extraordinarias, quas in re matrimoniali a S. Sede sibi impetraverat Episcopus defunctus, dummodo non expiraverit tempus ad quod concessæ fuerunt.

VII. Coram Domino expendere velint Rmi Patres Concilii :

A. An non suppetat via qua, saltem pro Ordinariis hoc petentibus, abrogari valeat, quæ vocari solet dispensationum taxa seu componenda, in pluribus regionibus nostri sæculi hominibus tam odiosa. Si autem hoc fieri nequeat, saltem adhibere velint Patres medium quo fieret ut qui pinguem solvunt taxam non citius obtineant dispensationem, quam qui parvam aut nullam solvant ; ita enim caderent injuriosa illa in Ecclesiam obloquia quæ nonnumquam occasione similium audiuntur.

B. An in concedendis dispensationibus præcaveri non possit

temporis dispendium, animarum saluti quandoque tam noxium. Tempus v. g. ita deperditur, quando ante dispensationis concessionem exigitur separatio unius vel duorum mensium, quo spatio elapso recurrere possunt oratores, quorum interim maxime interest pro animæ suæ salute, ut quamprimum jungantur. Idem obtinet quando e dicasteriis romanis respondetur : *negative*, vel *non afferri* vel *non expedire* in casibus in quibus sufficientes adsunt dispensandi rationes, et in quibus postea equidem fere semper altera vel tertia offertur supplica, ac demum conceditur dispensatio, dum interea temporis plura commissa fuerunt peccata imo nonnumquam in malo statu obfirmatum habent animum oratores, qui jam civiliter contraxerunt, ac forsan vocem parochi eos ad pœnitentiam vocantis audire amplius nolunt.

C. An obtineri non possit ab illis qui in Curia romana dispensationibus concedendis operam dant, ut majorem aliquam habeant rationem motivorum quæ in supplica allegantur ab Ordinariis, qui pro locorum et rerum adjunctis utique censendi sunt ut minus aliquatenus intelligere, quid necne fidelium bono spirituali expediat. Res illustrabitur exemplo. Magna quandoque cum difficultate obtinetur dispensatio in impedimento affinitatis primi gradus æqualis lineæ collateralis orto ex legitimo matrimonio. Sunt tamen regiones, loca et circumstantiæ in quibus ad spirituale et temporale oratorum bonum nihil magis quandoque optandum esset, quam ut v. g. viduus, præsertim si non sit dives, ducere possit defunctæ uxoris sororem, aut vidua nubere queat fratri defuncti mariti. Dein nimia in ejusmodi adjunctis dispensandi difficultate, juxta thema supra expositum, nonnisi peccatis ansa præbetur.

D. An æquum non sit ut, deficiente copula carnali inter oratores, et periculo contractus civilis, tamquam motivum impellens ad dispensationem concedendam, admittatur instantia proprii Ordinarii.

Atque hæc dicta sint, neminem carpendi intentione, sed animas salvandi et malevolorum oblocutiones impediendi desiderio.

X.

Expleto Concilio Vaticano, committere velit SSmus Dominus, viris in sacris Canonibus versatis, munus redigendi integrum complexum legum ecclesiasticarum, in novum codicem hodiernæ praxi accommodatum, et in varios titulos, capita, etc. pro materiarum varietate distributum.

Romæ, 29 januarii, in Festo S. Francisci Salesii, 1870.

Huic postulationi subscripserunt 5 *Concilii Patres* [1].

(1) Martin, *Omnium Concilii Vaticani documentorum collectio*, pag. 179-186.

EXAMEN DE L'OUVRAGE INTITULÉ

TRACTATIO PRACTICA DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ SEU SYSTEMA SCOTI AD PRAXIM APPLICATUM, AUCTORE P. F. HIERONYMO VAN ROOY, ORDINIS FRATRUM MINORUM DE OBSERVANTIA RECOLLECTORUM. Mechliniæ, Dessain, 1872.

SECONDE PARTIE.

§ I.

Véritable sentiment de Scot et de son école sur l'essence du Sacrement de Pénitence. — Son opposition au système du R. P. Van Rooy.

1. Avant d'exposer le sentiment de Scot et de son école, nous devons faire observer que les Scotistes s'accordent à dire que la divergence d'opinion, qui existe entre eux et les Thomistes sur l'essence du Sacrement de Pénitence, n'a aucune conséquence pratique ; c'est une simple dispute de mots, disent-ils. « Circa essentiam, *dit Mastrius*, seu essentialem hujus Sacramenti constitutionem est valde agitata inter Scholasticos controversia, quæ tamen, UT OMNES FATENTUR, est solum de nomine, et modo loquendi ; omnes enim admittunt, ad faciendum pœnitentiæ sacramentum hæc omnia requiri, scilicet, contritionem, confessionem et satisfactionem ex parte pœnitentis, et absolutionem ex parte sacerdotis, et sine his perfici non posse ; et est dissidium postea in modo explicandi, quomodo hæc omnia concurrant ad sacramentum pœnitentiæ constituendum : an, scilicet, omnia prædicta dici possint et debeant

(1) V. ci-dessus, pag. 66, 249 et 380.

vere et in rigore partes sacramenti pœnitentiæ essentiales, vel saltem integrales; an potius in una tantum tanquam in principali consistat, in aliis vero, tanquam in circumstantiis, aut dispositionibus ad illud necessariis [1]. » Sporer dit que c'est une question purement spéculative, sans aucune influence sur la pratique [2]. « Restat tamen declarandum, *écrit Poncius*, quod valde controvertitur; quamvis fortassis quæstio sit de nomine, et sine dubio magis curiosa, quam utilis ad profectum ullum moralem, aut practicum ; nempe in quonam consistat essentialiter ratio hujus sacramenti, et quid dicat in recto [3]. » Bosco dit aussi : « Quæstio pro maxima parte est de nomine : in qua malumus loqui cum Scoto, et dicere pœnitentiæ sacramentum in recto solum importare absolutionem sacramentatem, connotante in obliquo [4] cætera omnia per modum conditionum prærequisitarum [5]. » Herincx est aussi d'avis que c'est

(1) *Theologia moralis ad mentem DD. Seraphici et Subtilis concinnata,* Disp. XXI, n. 101. Cf. *Disputationes theologicæ in* IV *libros sententiarum*, Lib. IV, disp. V, n. 299.

(2) *Theologia moralis sacramentalis*, part. III, cap. I, n. 9.

(3) *Integer Theologiæ cursus ad mentem Scoti*, disp. XLVI, n. 4.

(4) « Illud, *dit le Scotiste Panger*, significatur *in recto* ab aliquo concreto, quod est principalius in eo... Importari *in obliquo*, et per modum *connotati* aliud non est, quam concretum intelligi non posse, nisi ad ejus intellectionem aliud cointelligatur, quod datur intelligi ex modo significandi principalis significati. Sed ita se habent actus pœnitentis in sacramento pœnitentiæ; quia nequit haberi conceptus quidditativus et quietativus judicii, et sententiæ judicialis sine accusatione et confessione, ex quibus simul cum absolutione judicium humanum intrinsece constat. Ergo cum hoc sacramentum sit a Christo institutum per modum judicii, connotat et dat intelligere actus pœnitentis; ideoque, cum definitur, dicitur esse *Absolutio hominis pœnitentis.* » *Liber* IV *sententiarum juxta verum sensum et mentem Doctoris subtilis Joan. Duns Scoti explanatus, elucidatus*, De pœnit. qua sacramento, disp. I, quæst. II, Ass. 2.

(5) *Theologia sacramentalis scholastica et moralis ad mentem Doctoris subtilis J. Duns Scoti*, part. III, disp. VII, sect. II, n. 69.

une pure question de mots, qu'il n'y a de différence que dans la manière de s'exprimer [1]. « Ni fallor, *dit Dupasquier*, lis ista plus est de vocibus magis quam de re, ad quam nihil refert, quænam dicantur essentiales, quæve integrantes, quænam importentur in recto, vel in obliquo, modo omnes et singulæ necessariæ sint ad existentiam sacramenti, DE QUO OMNES CONCORDANT [2]. » Le savant éditeur des œuvres de Duns Scot écrit aussi à ce sujet : « SCHOLIUM. Contritionem, confessionem et satisfactionem esse essentialiter requisitas ad Sacramentum pœnitentiæ, non tamen esse proprie partes ejus. D. Thomas, 3 p. q. 84, a. 2, et q. 90, et ibi ejus expositor Suar. D. 18, S. 2 et 3, multum sudant, ut probent esse proprie partes. Sed non est facienda vis in verbo, cum de re constet, tantum enim controvertitur de voce, an debeant vocari partes proprie [3]. » Clôturons ces citations par celle d'un Scotiste, qui a fait un ouvrage tout spécial pour défendre les doctrines de Duns Scot sur le sacrement de pénitence, Delgadillo : « Dico 1. Hæc quæstio est metaphysica... Quia supposito, QUOD OMNES DICUNT, tam actus pœnitentis... quam absolutionem sacerdotis ita necessario requiri ad consistentiam sacramenti pœnitentiæ, ut quolibet deficiente, non fiat sacramentum (quod est dogmatice ab Ecclesia definitum in hac materia) ; quid, quæso, theologice loquendo, refert, affirmare cum S. Thoma, omnes actus pœnitentis simul cum absolutione esse essentiales huic sacramento? Aut cum aliis sententiis istum vel illum actum pœnitentis (alias necessarium ad consistentiam sacramenti Pœnitentiæ) dicere, non esse illi essentialem ? Vel cum Scoto affirmare, actus quidem pœnitentis... esse insupplebiliter necessarios ad realem consistentiam Pœnitentiæ sacramenti,

(1) *Summa Theologica scholastica et moralis*, part. IV, disp. I, n. 15.
(2) *Summa Theologiæ scotisticæ*, tract. XV, disp. IV, quæst. 2.
(3) *Lib.* IV *sent.*, dist. XVI, quæst. I, post n. 6.

tamen totam ejus essentiam consistere in sola absolutione connotante prædictos actus pœnitentis [1] ? »

On le voit, les Scotistes de tous les pays sont d'accord sur ce point : l'opinion de Duns Scot ne peut exercer aucune influence sur la pratique. L'exposition de ce système nous le fera facilement comprendre. Quelle en est donc la véritable portée ?

2. Duns Scot donne la définition suivante du sacrement de Pénitence : « De primo, pono hanc rationem nominis : Pœnitentia est absolutio hominis pœnitentis, facta certis verbis, cum debita intentione prolatis a sacerdote, jurisdictionem habente, ex institutione divina, efficaciter significantibus absolutionem animæ a peccato [2]. »

3. Après avoir fait remarquer que le sacrement de Pénitence participe de la nature du jugement [3], il ajoute qu'il requiert dans celui qui le reçoit quelque déplaisir des péchés commis : c'est ce que nous voyons dans les jugements humains eux-mêmes : « Congruit etiam ex parte suscepturi, quod sit pœnitens, id est habens aliquam displicentiam de peccato commisso. Hoc enim videmus etiam in judicibus temporalibus, quod protervum sententialiter condemnant ; pœnitentem vero

(1) *Bipartitus de pœnitentia tractatus, in quo legitima subtilis Doctoris Scoti mens et aperitur, et propugnatur*, cap. x, n. 9.

(2) *Lib.* IV *sent.*, dist. XIV, quæst. IV, n. 2.

(3) « Ex hoc, *dit il*, sequitur corollarium, quod doctrina de sacramento pœnitentiæ subalternatur doctrinæ de judiciis, et etiam doctrinæ de sententiis. Pro quanto enim est in Ecclesia duplex forus, scilicet publicus et privatus, pro tanto est duplex judicium : et quantum ad aliquas regulas justitiæ oportet esse convenientiam hic et ibi, sicut utraque diffinitio hic et ibi est actus justitiæ. Et pro tanto potest sacramentum pœnitentiæ dici sacramentum judiciale, vel judicium sacramentale; et ex hoc quod sacramentale est, firmius, quia rationabilius quam aliquod judicium publicum. » *Loc. cit.*, n. 4.

suo modo absolvunt, id est tanquam non reum, vel non puniendum sententiant [1]. »

4. Le Docteur Subtil se demande ensuite si la contrition, la confession et la satisfaction sont des parties de la pénitence, et il répond que non, parce que la contrition est quelque chose de spirituel qui réside dans l'âme ; la confession ne fait aucunement partie de la sentence du prêtre, et la satisfaction suit souvent l'absolution sacramentelle. « Utrum ista tria, contritio, confessio et satisfactio, sint partes pœnitentiæ?... De Pœnitentiæ sacramento dico, quod ista tria nullo modo sunt partes ejus, quia ut dictum est Dist. 14, Pœnitentia sacramentum est illa absolutio sacramentalis facta certis verbis, etc. Hujus autem nulla pars est contritio, quæ est quoddam spirituale in anima; neque confessio, quia nihil est ipsius sententiæ sacerdotis, sed actus rei accusantis se ; neque satisfactio, sed sequitur illam absolutionem sacramentalem [2]. »

5. Aussitôt après cette réponse, Duns Scot prouve que les actes du pénitent doivent accompagner l'absolution, ou comme préliminaires, ou comme conséquence ; et de telle sorte que l'absolution est inutile à celui qui la reçoit sans aucune douleur. « Hæc tamen tria ad sacramentum pœnitentiæ ad hoc ut digne recipiatur, requiruntur, vel prævia, vel sequentia. Simpliciter enim requiritur confessio, quia sacerdos non absolvit reum arbitrarie, nisi prius reus sibi fuerit accusatus in foro illo. Non est etiam utilis illa absolutio nisi præcedat in confitente aliqua contritio vel attritio. Partes istius distinctionis patent ex dictis supra. Sufficit enim quod aliqua displicentia, licet informis [3], præcedat, et tunc ille capax est abso-

(1) *Ibid.* (2) *Ibid.* Dist. XVI, quæst. I, n. 1 et 7.

(3) Scot avait expliqué antérieurement quelle contrition est requise pour le Sacrement, et montré que la contrition parfaite n'est pas nécessaire. « Non solum ergo, *dit-il*, attritus per aliquod tempus usque ad

lutionis sacramentalis, et per illam fit contritio. Satisfactio autem debet sequi sacramentum Pœnitentiæ, ad hoc ut habeat efficaciam, et hoc in re vel in voto, nisi judex posset perpendere illas pœnas alias præcedentes sufficere ad totalis pœnæ solutionem [1]. Ista enim sententia sacerdotis sic absolvit, quod tamen ligat. Absolvit quidem a debito pœnæ æternæ; sed ligat ad solutionem pœnæ temporalis, nisi ille reus sit in se debito modo dispositus; quia sacramentum est signum absolutionis interioris, quæ interior non concomitatur, nisi sit debita dispositio in mente interius absolvendi [2]. »

certum instans, in ultimo instanti recipit gratiam delentem peccatum, tanquam per virtutem meriti de congruo, ut declaratum est in solutione præcedente; sed non habens talem actum, qui sufficiat ad meritum de congruo, sed tantum habens voluntatem suscipiendi sacramentum Ecclesiæ, et sine obice peccati mortalis actualiter sibi facto, vel in voluntate inhærentis, recipit non ex merito, sed ex pacto divino, effectum istius Sacramenti; ut sic parum attritus, etiam attritione, quæ non habet rationem meriti ad remissionem peccati, volens tamen recipere sacramentum pœnitentiæ, sicut dispensatur in Ecclesia, et sine obice in voluntate peccati mortalis in actu : in ultimo instanti illius prolationis verborum, in quo scilicet est vis sacramenti istius, recipiat effectum sacramenti, scilicet gratiam pœnitentialem; non quidem ex merito, quia dispositio interior non erat sufficiens per modum meriti; sed ex pacto Dei assistentis sacramento suo ad effectum illum, ad quem instituit sacramentum, alioquin non appareret, quomodo sacramentum pœnitentiæ esset secunda tabula, si nunquam per ipsum, ut sacramentum est, posset recuperari secunda gratia amissa, sed tantum per attritionem tanquam per præviam dispositionem, et per contritionem tanquam per dispositionem completivam. » *Ibid.* Dist. XIV, quæst. IV, n. 7.

(1) On doit aujourd'hui abandonner cette opinion de Scot, et dire que le confesseur est toujours obligé d'imposer une pénitence. Les Souverains Pontifes le prescrivent aux confesseurs, même en temps de Jubilé. « Nam, *dit Léon XII, en en donnant le motif*, ad sacramenti integritatem pertinet satisfactio illa. » Constit. *Charitate Christi*, § 6, *Continuatio Bullarii Romani*, tom. XVI, pag. 369. Cf. Benoît XIV, Constit. *Convocatis*, § 26, *Bullarium Benedicti XIV*, vol. VII, pag. 345, et Const. *Inter præteritos*, § 64 et 65, *Ibid.* vol. VIII, pag. 106 seq. V. aussi notre *Traité canonique et pratique du Jubilé*, chap. I, Art. I, n. 9 et suiv., pag. 18 et suiv.

(2) *Ibid.*, Dist. XVI, quæst. I, n. 7.

Si ailleurs, du reste, Duns Scot ne fait aucune difficulté de donner à la contrition, à la confession et à la satisfaction le nom de parties de la pénitence [1]; on prétend et non sans raison, nous paraît-il, que ce ne peut être que dans un sens impropre [2].

6. Voilà les principes du maître; voyons l'interprétation de ses disciples. D'abord ils font remarquer que la question, *quelles sont les parties du sacrement de pénitence*, est susceptible de deux sens. Le premier est : quelles sont les parties qui constituent l'essence du sacrement, qui entrent dans sa

(1) « Nec aliquis tenetur ad aliquam contritionem de venialibus: immo in actuali voluntate vel actu venialis moriens salvabitur, vapulabit tamen : non videtur autem, quod aliquis teneatur ad secundam partem pœnitentiæ, quæ est confessio, de quo non teneatur habere contritionem vel attritionem. » *Loc. cit.*, Dist. XVII, Quæst. un., n. 25. Et plus bas : Dist. XXII, Quæst. un., n. 21 : « Quando pro peccato habetur pœna completa, intellige completa quantum ad tres partes pœnitentiæ, contritionem, confessionem, satisfactionem, tunc commutata est pœna damnationis in pœnam temporalem ; non sic autem de peccato, de quo habetur contritio sine aliis duabus partibus pœnitentiæ. »

(2) Mastrius et Dupasquier, comme nous le verrons bientôt, n'admettent pas cette interprétation, et on le conçoit, puisqu'elle renverse leur système. Mais c'est ainsi que les Scotistes purs expliquent ce passage du maître, et leur explication nous paraît plus en harmonie avec les règles d'interprétation. En effet, quand un auteur semble se contredire dans deux endroits différents, quel est celui qui est censé exprimer sa véritable pensée? N'est-ce pas celui où il a traité la question *ex professo?* Or, dans le passage où le Docteur Subtil a traité notre question *ex professo*, il dit formellement que les actes du pénitent ne sont en aucune manière, *nullo modo*, parties du sacrement. En quel sens peut-on dire alors qu'elles sont parties de la pénitence? Le Docteur nous l'apprend dans la même distinction. « Tamen, *dit-il*, actus elicitus pœnitentiæ posset aliquo modo dici habere partes istas (contritionem, confessionem et satisfactionem) non formaliter, sed quasi causaliter pro quanto ipse est aliquo modo distinctus, ut imperat istam partem et illam, et hoc modo remotissime possent dici partes ipsius virtutis pœnitentiæ, ut inclinat ad omnes istas infligendas. » *Loc. cit.*, Dist. XVI, quæst. I, n. 9. Voilà donc en quel sens il faut interpréter les passages où le Docteur donne la qualification de parties de la pénitence aux actes du pénitent.

constitution intrinsèque, soit qu'elles tombent directement, ou indirectement seulement, sous la signification du sacrement? Le second sens est : Supposé que le sacrement soit intrinsèquement composé de plusieurs parties, quelle est celle que le sacrement désigne directement? Est-ce l'absolution? Sont-ce les actes du pénitent? Ou bien sont-ce toutes les parties en même temps [1]?

7. Quant à la première question les Scotistes sont profondément divisés. Les uns, et, si nous devons en croire Dupasquier, c'est le plus grand nombre, adoptant le sentiment des Thomistes, admettent que les actes du pénitent sont partie intrinsèque du sacrement de pénitence, en sont la matière dans le sens que l'on attache à ce mot lorsqu'il s'agit des sacrements. « Dicendum est, *dit Mastrius*, actus etiam pœnitentis esse partem materialem intrinsecam hujus sacramenti adæquate considerati, et sumpti pro aggregato ex rebus et verbis, quod est proximum et adæquatum fundamentum significationis sacramentalis [2]. » Dupasquier pose en premier lieu la conclusion suivante : « Essentia sacramenti pœnitentiæ adæ-

(1) Voici en quels termes Mastrius établit ces deux sens : « Mota quæstio duplicem potest habere sensum. Primus est, quæ sint partes, ex quibus hoc sacramentum adæquate sumptum in ratione sacramenti componitur, sive illæ in recto significentur, sive in obliquo; non enim repugnat, ut notat Lugo, *De Pœnit.*, Disp. 12, Sect. 2, aliquam esse partem alicujus concreti, quæ tamen per illud non significetur in recto. Omnes enim concedunt album, v. g. dicere formam in subjecto, vel subjectum cum forma; adeo ut utrumque sit pars intrinseca talis concreti, unum tamen importetur in recto, alterum in obliquo; sive hoc sit forma, sive subjectum juxta opinionum diversitatem. In hoc igitur sensu quæri potest de partibus intrinsecis hujus sacramenti, quamvis una importetur in recto, et alia in obliquo. Alter sensus quæstionis esse potest; supposito, quod sacramentum pœnitentiæ plures habeat partes in sensu jam declarato, pro qua supponat in recto : an pro sola absolutione, vel pro sola confessione, an pro omnibus illis æqualiter. Neque unus sensus cum alio est confundendus. » *In* IV *Sent.*, disp. V, n. 301.

(2) *Ibid.*, n. 303.

quate sumpti non consistit nec in solis actibus pœnitentis, nec in sola absolutione, sed in utrisque. Est communior [1]. »

8. Le texte du maître, qui déclare que les actes du pénitent ne font en aucune manière, *nullo modo*, partie du sacrement de pénitence, ne les embarrasse nullement; car Duns Scot, disent-ils, ne leur nie cette qualité qu'en parlant du sacrement, dans ce qu'il emporte directement, et d'après sa définition. « Aio, *dit Holzmann*, Scotum tantummodo velle, quod sacramentum pœnitentiæ non supponat in recto pro actibus pœnitentis, sed pro sola absolutione; actus vero pœnitentis denotentur in obliquo, atque ut sic ingrediantur essentiam dicti sacramenti : id quod libenter admittimus, cum inde nullum conclusioni nostræ creetur præjudicium, quemadmodum patet consideranti. Ratio autem sic interpretandi Scotum gemina est. Una, quod juxta Doctorem supra, pœnitentia sit *absolutio, et sententia diffinitiva absolvens reum* : ubi, ut vides, sola absolutio, quæ se tenet ex parte confessarii, ponitur in recto; alia vero, quæ se tenent ex parte pœnitentis, in obliquo tantum. Altera ratio est, quia altefatus Doctor ipse, *loc. cit. in probat.*[2], actus pœnitentis nuncupat *partes* sacramenti pœnitentiæ conformiter ad doctrinam Tridentini supra; consequenter si hic vellet, prædictos actus esse tantum conditiones, et nullo modo, id est, ne in obliquo quidem, partes constitutivas ejusdem sacramenti, et sibi, et Concilio Tridentino contradiceret; quod de tanto Doctore vel cogitare nefas est[3]. » Les autres partisans de cette opinion s'expriment de même[4].

9. D'autres, également très-nombreux, prétendent que l'absolution seule constitue toute l'essence du sacrement : les

(1) *Loc. cit.*

(2) Ce sont les passages cités ci-dessus, pag. 491, note (1).

(3) *Theologia moralis*, part. v, tract. iv, n. 478.

(4) V. Mastrius et Dupasquier dans leurs réponses aux objections.

actes du pénitent sont bien nécessaires, non comme parties intrinsèques du sacrement, mais uniquement comme préliminaires du jugement du confesseur. Les actes du pénitent sont au jugement sacramentel, ce que l'accusation et l'instruction d'une cause sont dans les jugements humains. Or l'accusation et l'instruction de la cause ne sont que les préliminaires du jugement, n'en constituent pas l'essence. L'essence du jugement, c'est la sentence du juge, et pas autre chose. L'essence du jugement sacramentel sera donc l'acte qui délie le pécheur, c'est-à-dire l'absolution. « In quolibet judicio, *dit Poncius*, illud, quo liberatur reus, cujus causa adducitur ad tribunal justitiæ, et examinatur ibi, est sententia judicis, et nihil aliud, quamvis plura alia requirantur, ut patet; ergo illud, quo liberatur peccator a sacerdote in tribunali hoc pœnitentiæ, est absolutio, quæ est sententia ipsius, qua liberat eum a peccatis, et nihil aliud, quamvis alia prærequirantnr [1]. » Ce sentiment paraît plus conforme à la manière de s'exprimer de Duns Scot. Nous verrons dans le paragraphe suivant ce qu'on doit en penser.

10. Sur la seconde question tous les Scotistes sont d'accord. Le sacrement de pénitence emporte directement l'idée d'absolution, et indirectement seulement les actes du pénitent. « Hoc sacramentum, *dit Dupasquier*, adæquate sumptum pro aggregato ex rebus et verbis, in quibus fundatur relatio signi sacramentalis, importat absolutionem in recto et principaliter; actus vero pœnitentis importantur in obliquo et minus principaliter [2]. » Delgadillo dit également : « Dico 1. quod nomine *sacramentum pœnitentiæ* primo per se et directe importatur seu significatur absolutio sacerdotis; indirecte autem, et secundario, seu ex connotato, actus pœnitentis [3]. »

(1) *Loc. cit.*, n. 5. Cfr. Sporer, *Loc. cit.*, n. 20; Henno, *Tractatus de pœnitentia*, disp. II, quæst. III, concl. 3; Herincx, *Loc. cit.*, n. 15; Delgadillo, *Loc. cit.* n. 10 seq.

(2) *Loc. cit.*, conclus. II. (3) *Loc. cit.*, n. 23. Cf. n. 11, 13 et seq.

Pour prouver leur thèse, les Scotistes s'appuient surtout sur le Concile de Trente qui dit que la force du sacrement de pénitence réside principalement dans les paroles de l'absolution [1].

11. En tout cas, tous les Scotistes sont unanimes à reconnaître que les actes du pénitent sont tellement requis, que, sans eux, l'existence du sacrement est impossible. Comme ce point est très-important, on nous permettra de l'établir par de nombreuses citations. Rappelons d'abord les paroles de Duns Scot, que nous avons déjà citées, et dans lesquelles le Docteur déclare inutile l'absolution donnée à celui qui n'a ni la contrition, ni l'attrition [2]. Son éditeur Cavellus dit que les actes du pénitent *sunt requisita necessaria ad sacramentum* [3]. On peut voir le même principe dans les passages des différents Scotistes que nous avons cités au n° 1; nous ne les reproduirons pas; nous en ajouterons seulement quelques-uns qui sont on ne peut plus formels. Écoutons d'abord l'objection que se propose Poncius et la réponse qu'il y fait. « *Objicies secundo :* Si sacramentum intrinsece et essentialiter esset sola absolutio, quoties sacerdos proferret absolutionem sine actibus pœnitentis, valide conficeretur sacramentum hoc. Sed hoc est falsum : quia, ut sit validum, requiritur confessio peccatorum integra, quando potest fieri, et contritio perfecta aut imperfecta, etiam secundum ipsum Scotum; ergo includit aliud essentialiter. — *Respondeo* negando consequentiam : quia absolutio, quæ est sacramentum, habet pro objecto et materia, circa quam versatur, hominem dispositum, ut requiritur; hoc

(1) « Docet præterea Sancta Synodus, *y lit-on*, sacramenti pœnitentiæ formam, in qua præcipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse : Ego te absolvo, etc. » Sess. XIV, cap. 3, *De pœnitentia.*

(2) Non est etiam utilis illa absolutio, nisi præcedat in confitente aliqua contritio vel attritio. » *In* IV *sent.*, dist. XVI, quæst. I, n. 7. V. aussi sa définition du sacrement de Pénitence.

(3) *Loc. sup. cit.* SCHOLIUM. V. ci-dessus, pag. 487.

est, qui confitetur integre peccata sua, dolet de ipsis, et habet propositum satisfaciendi tempore suo. Unde absolutio data homini non sic disposito non est absolutio, quæ sit sacramentum, sed alia distinctissima..... Unde patet non posse poni a parte rei absolutionem validam, quin homo sit bene dispositus; non ex eo, quod homo, aut dispositio ipsius sit pars intrinseca ipsius; sed ex eo, quod sit, ut dixi, materia aut objectum ipsius, et quod implicat illam, ut significativa est, poni sine materia aut objecto ejus ; sicut relatio nequit poni sine termino, et volitio sine objecto cognito, quamvis nec terminus sit pars intrinseca relationis, nec objectum cognitum volitionis [1]. »

12. Sporer dit également : « Sunt (contritio et confessio) sine dubio partes essentiales in hoc sensu, et hac ratione, quod sine ipsis reipsa habitis simpliciter non possit consistere essentia sacramenti Pœnitentiæ, seu absolutio legitima et valida. In his terminis OMNES CONSENTIUNT : et nimis certum est ex Concilio Tridentino mox infra allegando. Ratio quoque clara est. Quia sacramentum Pœnitentiæ, tamquam verum judicium essentialiter consistit in accusatione et absolutione rei : ergo confessio aliqua ita est pars essentialis sacramenti pœnitentiæ, ut sine ea actu habita non possit consistere essentia sacramenti. Atqui certissimum quoque est, non sufficere confessionem peccatorum quamcumque et quomodocumque factam, sed requiri confessionem dolorosam de peccatis, factam in ordine ad delendum peccatum et Deum reconciliandum, ut latius patebit suis locis, cap. 2 et 3. Ergo etiam aliquis dolor est ita essentialis pars Pœnitentiæ sacramenti, ut sine ipso actu habito sacramentum subsistere nequeat [2]. » Malgré ces termes, les actes du pénitent ne sont pas, aux yeux de Sporer, les parties intrinsèques et constitutives du sacrement de péni-

(1) *Loc. cit.*, n. 8.

(2) *Loc. cit.*, n. 18.

tence, ce sont simplement des dispositions requises comme condition *sine qua non* de l'existence du sacrement. Il tient donc avec Scotus, « totam essentiam sacramenti Pœnitentiæ consistere in forma absolutionis, quæ sola per modum principalis actus judicialis immediate significat, fundatque significationem practicam et efficacem absolutionis animæ a peccatis per infusam gratiam sanctificantem; contritionem vero et confessionem esse solum partes materiales actu requisitas per modum conditionis *sine qua non :* quatenus judex sacramentalis non potest ferre sententiam absque cognitione causæ et dispositione pœnitentis : quemadmodum etiam in aliis judiciis accusatio rei et cognitio causæ non proprie ad essentiam, sed potius ad integritatem judicii spectant [1]. »

13. Bosco ne s'exprime pas moins énergiquement et clairement. « Quantum ad rem ipsam attinet, *dit-il*, communiter omnes catholici in hoc conveniunt, quod sacramentum pœnitentiæ non solum illicite, sed prorsus invalide ministretur, ubi nullus præcessit dolor, aut certe nulla confessio... Numquid applicatio causæ est pars essentialis ipsius causæ, sicut anima est pars essentialis hominis? Nemo sic loquitur; quamvis sit aliquid necessario requisitum, ut causa producat suum effectum. Ergo consimiliter confessio, quæ non est aliud, quam applicatio materiæ circa quam, nec debet, nec potest proprie dici pars essentialis sacramenti pœnitentiæ; sed solummodo aliquid essentialiter prærequisitum, id est, tale prærequisitum, sine quo essentia sacramenti non potest subsistere [2]. » Répondant ensuite à l'objection que les actes du pénitent suivent quelquefois l'absolution, il dit : « Recte quidem quantum ad satisfactionem et cessationem a peccatis; perperam autem, quantum ad contritionem, si intelligat nullum

(1) *Ibid.*, n. 20. (2) *Loc. cit.*, n. 68 et 85. Cf. *Ibid.*, 69 et 72.

omnino dolorem esse necessarium, ut subsistat essentia sacramenti pœnitentiæ, cum teste Tridentino, sess. XIV, cap. 4, quovis tempore fuerit necessarius motus contritionis, ad impetrandam veniam peccatorum, etiam in ipso sacramento pœnitentiæ [1]. »

14. Panger écrit aussi : « Judicialis absolutio *essentialiter* importat et supponit accusationem et recognitionem delicti, sponsionem de non iterando commisso et propositum satisfaciendi, seu exequendi pœnam a judice infligendam [2]. »

Delgadillo entre dans de plus grands développements, dont nous extrayons les quelques lignes suivantes : « In judicio sacramentali decrevit Christus Dominus necessario intervenire actus pœnitentis, quibus detestetur peccatum, ipsum confiteatur, et pro eo satisfacere sit paratus, vel saltem confessionem. Quod patet ex consensu Doctorum : nullus enim est, qui saltem confessionem ex parte pœnitentis non requirat *insupplebiliter*... Actus autem pœnitentis vocat Concilium quasi materiam eo sensu, quo dispositiones ad introductionem alicujus formæ requisitæ vocantur materia : non quidem formaliter, sed prævie seu concomitanter. Itaque, quia actus pœnitentis sunt necessarii ad effectionem sacramenti adeo, ut sine illis sacramentum consistere non valeat; ideo vocantur materia et partes. Quod bene declarat instantia ædificii. Sicut enim istud adstrui nequit, nisi substruantur ambulacra et armamenta, quibus ædificium et faber inter construendum nitantur; ita sine actibus pœnitentis ædificium sacramentale effici non potest. Cæterum, sicut illa ambulacra non sunt partes componentes domum, sed tantum componentes struem et molem totius armamenti, et prævie requiruntur ad ædificii effectionem : sic actus pœnitentis componunt, non sacramentum

(1) *Ibid.*, n. 86. (2) *Loc. cit.* Ass. I.

ipsum, sed molem armamenti, et quasi ambulacri, cui nitatur ædificium sacramenti consistentis physice solum in verbis absolventis; et metaphysice in relatione signi in illis tantum fundata [1]. »

15. Nous terminerons ces citations par celle du P. Récollet Henno : « Non consistit, *dit-il*, etiam partialiter essentia hujus sacramenti in confessione et contritione : sunt tamen *necessario et insupplebiliter requisitæ* ex parte pœnitentis... Hæ partes sunt *necessario et insupplebiliter requisitæ*, sine quibus, licet non sint de essentia, tamen stare non potest essentia, ut patet de unione in composito physico : sed contritio et confessio sunt tales respectu sacramenti Pœnitentiæ; ergo. Quod videtur insinuare Tridentinum, sess. XIV, cap. 3, dicens : *Qui* (actus) *quatenus in pœnitente ad integritatem sacramenti, ad plenamque et perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione partes Pœnitentiæ dicuntur.* Ubi docet esse partes, non quia hoc sacramentum constituunt, non quia concurrunt ad ejus essentiam, sed quia ex Dei institutione requiruntur, adeoque *insupplebiliter* [2]. »

16. Inutile de citer les Scotistes qui, se ralliant aux Thomistes, admettent avec eux que les actes du pénitent entrent dans la constitution du sacrement, comme matière intrinsèque et essentielle [3]. Il est clair que, dans ce système, l'absence des actes du pénitent emporte nécessairement avec elle la nullité du sacrement.

17. D'après tout ce que nous avons vu jusqu'ici, il est évident que la doctrine du R. P. Van Rooy est en opposition formelle avec celle des Scotistes. En effet, ceux-ci interprètent la

(1) *Loc. cit.*, n. 13 et 17.
(2) *Tractatus de Pœnitentia*, disp. II, quæst. III, conclusio II.
(3) V. ci-dessus, n. 7 et 8, pag 492 et 493.

doctrine de leur maître de manière qu'il n'y ait, en pratique, aucune différence entre elle et la doctrine des Thomistes (V. nº 1); tandis que le R. P. Van Rooy introduit une différence essentielle (V. ci-dessus, pag. 249). Pour lui, le sacrement de pénitence peut exister, nonobstant l'absence, involontaire bien entendu, ou non coupable, des actes du pénitent, qui ne sont requis que comme dispositions ; tandis que toute l'école scotiste en requiert la présence pour que le sacrement puisse exister. Leur absence, quelqu'involontaire qu'elle soit, met un obstacle insurmontable à l'existence du sacrement (V. nº 11 ss.).

18. Du principe de Duns Scot, le R. P. Jérôme déduit la conséquence que dans toutes les questions qui concernent les actes du pénitent, il n'y a aucune nécessité de prendre le parti le plus sûr, puisqu'ils ne sont pas la matière du sacrement (V. ci-dessus, page 252). Les Scotistes, au contraire, regardant la présence des actes du pénitent comme essentielle pour l'existence du sacrement, tiendront aussi qu'on doit leur appliquer, au moins dans un certain nombre de questions, le principe proclamé par Innocent XI, que, *quand il s'agit de la valeur du sacrement, on ne peut abandonner la plus sûre pour suivre une opinion probable* [1]. Aussi Sporer écrit-il : « Minister sacramentorum, quoad essentialia, si fieri potest, tenetur semper sententiam certam vel tutiorem sequi... Dicimus... III. *Quoad essentialia*, scilicet dependentia ab ipsa institutione Christi [2]. » Henno écrit également : « In admi-

(1) « Non est illicitum, *porte la première des propositions condamnées par Innocent XI*, in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione baptismi, ordinis sacerdotalis, aut episcopalis. »

(2) *Theologia moralis decalogalis*, tract. I, proœm., cap. I, n. 54 et 56.

nistrandis sacramentis non est licitum ministro, extra casum necessitatis, uti sententia probabili, relicta tutiore, saltem si agatur de valore sacramenti [1]. » Et dans son Traité *de Pœnitentia*, il applique ce principe en maintes circonstances [2].

Mastrius motive le principe dans les termes suivants : « Quia sacramenta non validantur ratione nostræ existimationis et opinionis, sed prout in re, et juxta Christi institutionem; et cum ipse instituerit in tali forma, materia et ministro, si id vere et in re non adhibetur, sacramentum non fit; ergo minister tenetur operari secundum opinionem illam, quæ magis ipsi rei conformatur, et institutioni Christi, in his præsertim quæ ad substantialia sacramentorum pertinent, quæ plane regulari, nec validari valent penes opiniones et probabilitates nostras, sed penes id, quod vere et in re a Christo institutum est [3]. »

18. Nous croyons inutile d'ajouter de nouvelles citations, toute l'école scotiste étant d'accord sur ce point. D'où il résulte clairement, nous semble-t-il, que la portée attribuée au système de Duns Scot sur l'essence du sacrement de Pénitence par le R. P. Van Rooy, ne repose que sur l'interprétation de ce dernier, et n'a d'autre autorité que celle du R. Père. Cette autorité est-elle suffisante pour obtenir l'adhésion des confesseurs, et les décider à mettre son système en pratique? C'est une question dont nous laissons la solution à d'autres, et surtout à ceux que le Saint-Esprit a préposés au gouvernement de son Église.

(1) *Tractatus de conscientia*, disp. III, quæst. ultim., conclus. I.

(2) *Tractatus de Pœnitentia*, disp. IV, quæst. VI, articul. IX, concl. un.; *ibid.*, quæst. VII, conclus. IV.

(3) *In lib.* II *Sentent.*, disp. V, n. 142. Cf. *ibid.*, n. 140, 147 et 153.

LETTRE DU R. P. VAN ROOY.

Reverendi Domini,

I. Amicæ ac pro veritate inter nos disputationis fini congruum putatis non respondere ad primam notam epistolæ meæ. Multum tamen desideraveram scire an in animo habeatis negare ea quæ ibidem, ad desiderium vestrum, clariori et explicatiori modo exposui. Dixeratis enim : *En tout cas, un peu plus de clarté et de précision dans ses explications seraient-elles déplacées? Nous croyons être en droit de dire que non* (p. 300).

II. Relate ad modum studendi opera S. Thomæ, lectores judicent utrum methodus quam sequor in opusculo meo non prævaleat modo agendi illorum qui Doctorem angelicum sibi ipsi contradicere asserunt; vel qui argumentum ducunt ex ejus morte, quasi impeditus fuisset eorum systema sequi, vel qui hinc et inde unam alteramve phrasim desumunt. Vos autem, Reverendi Domini, videmini non satis animo comprehendisse vim argumenti mei, quo indicavi vestrum priorem textum desumptum esse ex loco ubi S. Thomas loquitur de confessione laicis facienda, atque adeo ubi S. Doctor minime loquitur de Sacramento stricte sumpto.

III. In expectatione manent ea quæ respondebitis ad epistolæ meæ tertium punctum. Examinanda utique erunt argumenta quæ estis allaturi potius quam major minorve numerus theologorum.

IV. Ad ea quæ scribitis pag. 381, ubi dicitis meam opinionem esse *qu'on ne doit pas confesser les circonstances aggravantes*, debeo notare me explicitis verbis tenere ac probare oppositam sententiam. Vid. pag. 99 *Tract. pract.* et ipsa argumenta a vobis transcripta.

V. Ad ea quæ inveniuntur Operis vestri pag. 382, etc. III, IV, etc. satis erit notasse sequentia. In fine capitis VIII *Tract. pract.* dico materiam capitis sequentis esse « ut modum videamus quo

peccata sunt in confessione declaranda. » Antequam hoc aggrediebar, posui quæstionem : An denuo absolvendus est pœnitens confitens peccatum grave in præcedenti confessione inculpabiliter omissum? Responsurus postea, pag. 106, attentos volebam lectores ad principium auctorum sententiæ negantis, his quasi objiciens ex eorum principiis æquo jure sequi aliam sententiam, de qua proculdubio non cogitarunt. Hoc feci secundum studendi methodum quam in opusculo meo sequi conatus sum, convertens scilicet cogitationem meam ad *rationem* ab auctoribus allatam et deinceps examinans ad quas conclusiones tale *principium* logice ducat. Hæc sunt ad reg. tertiam et quartam quas dedi in proœmio *Tract. pract.* Huic studendi modo non admodum assueti videntur viri ecclesiastici, de quibus loquimini. Vos vero præstabilius concluditis : *Nous répugnons à croire que le R. P. Jérôme adopte l'opinion qui dispenserait le pénitent de répéter ses confessions sacriléges ;* quia, ut antea merito dicebatis, *selon lui, le précepte de confesser ses péchés est imposé en vue de l'absolution.*

Famulus vester,
P. Hieronymus, fr. min.

Rép. Ad I. Les explications auxquelles nous renvoyions, à la page 391, justifiaient suffisamment le passage incriminé par le R. P. Van Rooy ; ses nouvelles observations ne renversaient point notre justification ; voilà pourquoi nous n'avons pas jugé à propos d'y arrêter nos lecteurs, comme nous le faisons encore aujourd'hui.

Ad II. Le R. P. Van Rooy ne veut pas admettre qu'il y ait une contradiction dans les passages en question de S. Thomas; et d'un autre côté, il rejette les interprétations que proposent les disciples du Docteur angélique pour le concilier avec lui-même. Il ne trouve d'autre interprétation raisonnable que celle qui transforme S. Thomas en Scotiste. Nous ne pouvons refuser à cette interprétation le mérite de la nouveauté. Pour nous, nous ne tenons pas à ce mérite. En conséquence nous

continuerons, avec toute l'école thomiste et scotiste sans aucune exception, d'attribuer à S. Thomas l'opinion que les actes du pénitent sont parties constitutives et essentielles du sacrement de pénitence.

2° Le *Bien Public*, dans son N° du 26 janvier 1873, à propos de la question sur les cimetières, expose la question de principe, relativement *à la bénédiction* séparée des fosses, demandée par certains libéraux *plus habiles que sincères*. A consulter le Rituel Romain pour les cérémonies de l'enterrement d'un adulte, il ne faut prendre l'encensoir et réciter l'oraison : *Deus, cujus miseratione*, que lors de la descente d'un premier cadavre dans un caveau. Contrairement *au monitum* du directoire de Liége en 1863, et je pense à la pratique du diocèse de Namur, qui a toujours suivi le Rituel Romain, le *Bien public*, dans l'article susmentionné *ad finem*, termine ainsi : « Cette consultation est conforme « à l'usage suivi à Rome au témoignage de plusieurs ecclésias- « tiques de distinction que nous y avons fait consulter, notam- « ment Mgr de Neckere, recteur de S. Julien des Belges, M. l'abbé « Van den Branden de Reth, recteur du collége belge, et M. le « curé de S. Laurent hors les murs qui a, dans la ville éternelle, « le soin du *Campo Santo*. L'oraison *Deus, cujus miseratione ani-* « *mæ fidelium requiescunt, hunc tumulum*, etc., ne s'applique « qu'à la première ouverture d'un caveau *dans un cimetière déjà* « *bénit*. Elle devrait aussi, selon l'avis de quelques liturgistes, « être récitée dans le cas d'une inhumation dans un cloître de « couvent, ou dans la propriété particulière du défunt. »

3° Lorsque le prêtre bénit l'anneau pour le mariage, peut-il employer le pluriel, lorsque l'époux en dépose plusieurs sur l'assiette, ce qui arrivè souvent ?

Il est vrai que l'anneau nuptial proprement dit, qui se met au doigt annulaire de la main gauche, se distingue des autres par l'absence d'ornements, Zwickenpflug, sermonnaire allemand, traduit par un prêtre de Liége, dit que la position de l'anneau à ce doigt, qui correspond par une veine vers le cœur, qui est le siége de l'amour, est symbolique.

4° Peut-on considérer le chœur comme la partie principale de l'église, en ce sens que l'église, ayant été reconstruite entièrement, sans démolir le chœur consacré, n'a pas besoin d'une nouvelle consécration ? — En droit canon, on dit : « Pars major trahit ad se minorem. » — L'ancienne église, qui était consacrée, aurait-elle entraîné par sa démolition l'exécration du chœur qui est resté debout avec son maître autel fixe ?

5° Peut-on prêcher avec l'étole ? Les réguliers ne le font pas. Cependant on met l'étole presque partout, — à part un prêtre de V. qui la dépose même avec la chasuble, lorsqu'il prêche pendant sa messe.

6° Le curé qui conduit sa paroisse en pèlerinage, peut-il mettre l'étole dans le cortége ? La messe commencée par un autre prêtre, peut-il la conserver, en supposant qu'il ne fait pas partie de l'office, mais qu'il demeure dans la foule, avec ses paroissiens?

Rép. 1° Cette difficulté a été résolue autrefois dans la *Revue Théologique* [1], où l'on prouve 1° qu'il est permis de bénir le peuple de la main, ou avec un crucifix, une image, une relique ; 2° que cette bénédiction ne peut pas se donner en toute circonstance, mais seulement à l'issue d'une fonction ecclésiastique, comme serait un salut, une procession. 3° En outre, il est nécessaire que l'objet dont on se sert pour bénir ait une

(1) 1re *Série*. Paris 1856, pages 620 et ss.

certaine relation avec l'office qui vient d'être terminé. 4° Pour cette bénédiction, le prêtre sera revêtu du surplis et de l'étole, et même de la chape, si l'office le comporte. 5° Elle se donne en silence, excepté quand elle se fait avec la main. 6° Il n'est pas permis de bénir avec les saintes huiles, le cierge pascal, etc. Nos lecteurs trouveront au lieu indiqué les décrets de la S. C. des Rites sur lesquels s'appuyent ces diverses résolutions.

2° La thèse soutenue par le *Bien public* est la seule vraie. Le cimetière doit être RITE BENEDICTUM, termes qui sont de la plus évidente clarté. « Cæterum, *porte le Rituel romain* [1], nemo christianus, in communione fidelium defunctus, extra ecclesiam, aut cœmeterium rite benedictum sepeliri debet : sed *si necessitas cogat* EX ALIQUO EVENTU ALIQUANDO AD TEMPUS aliter fieri, curetur, ut quatenus fieri poterit, corpus in locum sacrum quamprimum transferatur, et interim semper crux capiti illius apponi debet, ad significandum illum in Christo quievisse. » Il est inutile de commenter ces paroles.

Quant à la bénédiction de chaque fosse, les sentiments sont partagés. Bauldry pense qu'elle doit toujours avoir lieu, et il ne distingue pas un caveau des autres lieux de sépulture [2]. Quarti, Baruffaldi, Cavalieri, et la plupart des liturgistes restreignent cette bénédiction à un caveau dans une église ou autre lieu semblable. « Quando sepultura, seu fovea fit in cœmeterio, *dit Baruffaldi* [3], tunc nulla particularis benedictio adhibetur, quia locus ad hunc usum præcipue benedictus est jam pridem, nec ulla materia superadditur de novo, sed

(1) *De Exequiis*, tit. VI, cap. I, num. 18.

(2) Part. III, cap. 15, n. 11. Voici ses paroles. « Si locus sepulturæ non sit benedictus, semper benedicitur, nisi forte jam ante officium benedictus fuerit, ut in Rit. rom. etiamsi cœmeterium, aut ecclesia, aut capella sint benedicta. »

(3) *In Rit. rom.* Tit. XXXVI. n. 169.

tantum effoditur humus. » Ce dernier sentiment paraît beaucoup plus probable.

Quoi qu'il en soit, le principe ne reste pas moins incontestable : que tout chrétien, mort dans la communion de l'Église, doit être enterré dans un cimetière bénit suivant les règles ; ce n'est que par nécessité ou accident, et pour un temps très-court, qu'il est permis d'inhumer ailleurs les corps des catholiques. On composerait aisément un gros volume avec les témoignages des Rituels, des Synodes et des canonistes qui proclament à l'envi cette vérité. Mais à quoi bon ? Il n'est pire sourd que celui qui ne veut pas entendre.

3° L'anneau nuptial est unique. Partant les prières doivent se dire au singulier. Nous aurons occasion de bientôt traiter cette question en détail.

4° Lorsqu'une église a été démolie en grande partie, il faut la consacrer de nouveau, parce que, disent les canonistes, elle ne conserve plus la forme sous laquelle la consécration lui a été donnée [1]. Voici comment Pax Jordanus explique cette règle [2] : « Quoties ecclesia in totum, seu pro majori parte simul destrueretur incendio, ruina, terræmotu, vel simili accidenti, aut etiam data opera : tunc etenim *cum amittat formam suam*, perdit quoque consecrationem, et opus est, refectione secuta, iterum consecrare... Quamvis ecclesia destrueretur in totum, aut pro majori parte, animo eam reficiendi, etiam cum iisdem lapidibus et reliqua materia, quia cum destructione hujusmodi *perdat suam formam* substantialem (artificialem appellaret philosophus), amittit quoque accidentalem, seu spiritualem consecrationis, et secuta reædificatione, non eadem numero censetur, sed alia penitus diversa. » Il ajoute qu'il en jugea

(1) Cfr. Reiffenst., Schmalzgr., Pirh., Engel, Wiestner, Leuren., Pichler, etc. *in lib.* III *decretal.* tit. XL.

(2) *Flucubrat. divers.* tom. I, lib. 5, tit. 9, n. 67 et ss.

ainsi pour une église de son diocèse, « in qua tribus parietibus antiquæ ecclesiæ cum parte quarti, ac tecto de novo in latiori et altiori forma refectis, ecclesia noviter constructa habita fuit pro non sacra et de novo dedicavi illam prima die maii 1641. » D'après cela, que le chœur soit ou non conservé, si les murs sont détruits en grande partie, de telle sorte que l'église n'ait plus gardé sa forme, on est obligé de la consacrer de nouveau [1].

Mais l'autel a-t-il perdu sa consécration ? Non, répond Pax Jordanus, num. 75. Comme un autel déformé perd sa consécration, sans que la consécration de l'église en soit atteinte, de même l'autel conserve sa consécration, lorsque l'église seule a perdu sa forme et sa consécration [2]. Cet auteur conseille toutefois, pour ne pas scinder les cérémonies du Pontifical, de faire consacrer avec l'église un ou deux petits autels.

5° Nous avons déjà montré l'obligation de porter l'étole en prêchant même hors de la messe [3]. Pendant la messe, le célébrant ne peut ôter que la chasuble et le manipule [4].

6° Pourquoi le curé, ou le vicaire qui le remplace ne pourrait-il pas porter l'étole, lorsqu'il préside à un cortége de pèlerins de sa paroisse ? Bien entendu quand on marche processionnellement, croix en tête, et récitant ou chantant des prières. Cette fonction peut être véritablement considérée comme une procession ; dès lors le prêtre qui y préside a le droit de porter l'étole.

(1) Benoît XIV traite cette matière avec l'admirable talent qu'on lui connaît, dans un rescrit adressé au Cardinal Archevêque de Bologne, le 12 mai 1756, § 7 et suivants. *Edit. Mechlinien*, tom. II, pag. 420-445.

(2) *Ibid.* num. 75. Cfr. Barbosa, *De officio et potest. Episcopi*, alleg. XXVII, num. 26.

(3) Tom. I, page 518.

(4) Cfr. Merati ad Gav. tom. I, part. 2, tit. 6, n. 38.

CONSULTATION IV.

1° Binage... Un prêtre étranger survient à l'heure de la grand' messe, disposé à dire la messe et même à chanter la grand' messe... Le curé, chargé de biner, a dit sa messe basse, sans prendre les ablutions et sans appliquer pour ses paroissiens. Quelle est la règle en pareil cas? Le curé peut-il, doit-il céder sa place, faire appliquer la messe pour ses paroissiens et lui payer son honoraire et à quel taux ; comme simple intention de messe, ou comme messe chantée, à 10 ou à 11 heures?

2° Le dimanche, dans les paroisses à deux prêtres ou plus, et *sans binage*, peut-on chanter la messe particulière (celle qui n'est pas la messe paroissiale ou la grand' messe) à la demande d'un particulier avec la rétribution de messe chantée ?

3° Le curé, capable de dire la messe, doit appliquer lui-même à ses paroissiens les dimanches et fêtes ; mais si pour quelque raison, telle qu'un rhume, ou en vue du sermon de la grand' messe, etc., le curé dit la messe basse pour ses paroissiens, peut-il faire appliquer la grand' messe par celui qui la célèbre, à une intention particulière, avec rétribution d'une messe chantée, surtout quand cela peut se faire sans être connu du public, parce qu'on déchargerait une intention qui ne doit pas être annoncée ?

4° Le curé n'est tenu à faire l'application à ses paroissiens que d'une seule messe le jour de Noël. Satisferait-il entièrement, s'il appliquait, même sans en avertir ses paroissiens, une simple messe basse, et déchargeait des intentions particulières par les deux autres messes chantées, même la messe solennelle avec exposition du S. Sacrement, tous les assistants pensant que cette messe solennelle avec exposition est la messe paroissiale, ou *pro populo ?*

Rép. Ad I. En principe la permission de biner n'est accordée que pour les cas de nécessité. Du moment qu'il y a moyen de pourvoir aux besoins des fidèles par un autre prêtre, on ne peut recourir au binage, comme le dit la Propagande dans

l'*Instruction* que nous avons publiée [1]. Dans le cas qui nous est soumis, le curé ne peut donc dire une seconde messe, quoiqu'il soit resté à jeun.

Naturellement la messe devrait être appliquée pour les paroissiens, puisque la première ne l'a pas été, et que l'Église ordonne la célébration d'une messe à leur intention. Il y a cependant un cas où nous permettrions au curé de différer cette application, à moins que le prêtre étranger ne consente à l'appliquer gratuitement : c'est celui d'un curé pauvre et qui n'aurait pas assez d'intentions pour tous les jours. Il n'est pas juste de lui imposer une charge aussi lourde, vu sa pauvreté, sans qu'il y ait aucune faute de sa part.

Quant à l'honoraire, si le curé ne se trouve pas dans les circonstances exceptionnelles dont nous venons de parler, il doit certes en donner un à celui qui décharge la messe pour le peuple. L'*Instruction* précitée de la Propagande déclare que c'est une obligation pour le curé de payer un second prêtre, s'il peut s'en procurer un qui célèbre la seconde messe [2]. Mais dans les circonstances du cas, nous estimons qu'il satisferait à son obligation en lui offrant l'honoraire d'une messe ordinaire, selon le tarif du diocèse.

Ad II. Rien ne s'y oppose dans le droit commun. Pourvu que les statuts synodaux n'y mettent pas d'obstacle, la chose est parfaitement licite.

Ad III. Cela est permis. En célébrant sa messe pour le peuple, le curé a satisfait à l'obligation imposée par l'Église.

(1) N° 9. Cf. *Nouvelle Revue Théologique*, tom. IV, pag. 458.

(2) « Atque in primis, *y est-il dit*, tenetur ipse parochus ad dandum stipendium alteri sacerdoti ; posita autem ejus impotentia, tenetur populus ; et denique, si neque populus ob suam paupertatem cogi posset, Ordinarius supplere tenetur. » *Loc. cit.* C'est ce que Benoît XIV avait déjà prescrit. Constit. *Declarasti Nobis*, 16 mars 1746. *Bullarium Benedicti* XIV, vol. IV, pag. 43, Edit. Mechlin.

Rien ne s'oppose donc à ce que la messe chantée soit appliquée à une intention particulière, avec la rétribution fixée par le tarif diocésain pour ces sortes de messes.

Ad IV. Aucune loi générale de l'Église n'oblige le curé à prévenir ses paroissiens que la messe qui doit leur être appliquée sera dite à telle ou telle heure. A moins donc de disposition contraire inscrite dans les statuts du diocèse, le curé peut appliquer telle messe qu'il veut sans en prévenir ses paroissiens, et rien ne met obstacle à ce qu'il décharge des intentions particulières, aux deux autres messes, et à ce qu'il en perçoive la rétribution.

Dans le premier *Bulletin bibliographique* de cette année, page 81 et suiv., nous avons vivement recommandé l'ouvrage intitulé : *La Liturgie Gallicane dans les huit premiers siècles de l'Eglise, traduit de l'italien par Mgr Gallot.* Nous avons oublié d'indiquer à quelle librairie on le trouve. Nous réparons notre oubli : on peut se procurer ce savant ouvrage chez M. Pélagaud fils, et Roblot, Lyon, grande rue Mercière, nº 48 ; Paris, rue de Tournon, 5.

DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

I.

Quoique nous ayons publié ci-dessus, page 240, les doutes de cette cause avec les réponses qu'ils obtinrent, nous pensons qu'on lira avec intérêt le rapport qui fut fait à cette occasion par le Secrétaire de la S. Congrégation du Concile.

PETROCORICEN.

DUBIA SUPER APPLICATIONE MISSÆ PAROCHIALIS.

Die 14 *Decembris* 1872 [1].

Sacer Petrocoricensis et Sarlatensis Antistes supplici libello Summo Pontifici oblato sequentia exposuit : « Cum ex Concilio Tridentino *Sess.* 23, *Cap.* 1 *de Reform.* et plurium SS. Pontificum Constitutionibus teneantur Parochi curam animarum gerentes Missam applicare pro populo diebus dominicis aliisque festis diebus ab Urbano VIII et Clemente XI designatis, et plures exortæ sint difficultates circa hujusmodi applicationem et extensionem ; ad ipsas solvendas sequentium dubiorum solutionem a S. V. efflagitat humillime Episcopus Petrocoricensis et Sarlatensis : 1. Utrum Parochus die festo a sua parœcia absens satisfaciat suæ obligationi missam celebrando pro populo suo in loco ubi hac ipsa die degit, an vero teneatur sibi substituere aliquem qui in propria Ecclesia missam dicat pro populo? 2. Et quatenus

(1) D'après la cause POLICASTREN. que nous publions à la suite de la présente, la S. Congrégation, à laquelle la cause fut soumise dans la séance du 14 décembre 1872, ne prit de décision que dans la séance suivante, 23 décembre 1872.

ex justa causa absens nullum sibi substituere potuerit, utrum teneatur missam applicare pro populo ipso die festo in loco ubi tunc degit; an reditum in parochiam expectare ut prædictæ Missæ applicatio pro populo ab ipso fiat in propria Ecclesia? 3. An Parochus morbi causa legitime impeditus ne Missam celebret, teneatur post recuperatam sanitatem tot Missas applicare pro populo, quot durante morbo omisit, sive in casu quo nec per se nec per alium celebrare poterat sine gravi incommodo, sive in casu quo poterat per alium, sed ex aliquo vano timore vel negligentia non curavit vel non obtinuit ut alius pro se celebraret? »

Hujusmodi dubia inter supplices libellos proposita fuerunt in Congregatione diei 27 Junii 1871, et responsum datum fuit: *Ponatur in folio.* Mandatis itaque EE. VV. morem, uti par est, gerens, hodie quæstio proponitur.

Cum vero ex recitatis dubiis, ni fallor, erumpat unicam proponi quæstionem, utrum nempe, obligatio Parochorum applicandi Missam pro populo sit personalis simul et localis, hac enim soluta quæstione, cæteras, quæ proponuntur, facili negotio dirimi posse existimarem, ideo afferam nonnulla rationum momenta quæ hinc inde pro quæstione ita circumscripta militare possunt, et viam veluti sternunt sapientioribus animadversionibus, quibus EE. VV. dubia proposita penitus disceptare, ac dilucide enodare poterunt.

Si verba Tridentini *Sess.* 23, *Cap.* 1, *de Reform.* mature perpendantur, facile in eam iveris sententiam, ut obligationem Parochorum applicandi Missam pro populo dominicis aliisque festis diebus personalem reputaveris. *Sane cum præcepto divino* (verba recito Tridentini d. 1.) *mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre... et in cætera munia pastoralia incumbere; quæ omnia nequaquam ab iis præstari, et impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt: sacrosancta Synodus eos admonet et hortatur, ut divinorum præceptorum memores factique forma gregis, in judicio et veritate pascant et regant.* » Porro his verbis erumpere videtur, Parochorum obligationem ap-

plicandi Missam pro populo esse personalem, si quidem dici haud posse putarem, in supramemorata munera pastoralia incumbere, et formam fieri gregis illos pastores, qui præcipuum et nobilissimum sui officii munus impune alteri committere possent.

Præterea *omnis Pontifex*... (ut ait Paulus, Heb. 5, 1) *pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.* Jamvero si omnis Pontifex pro hominibus constituitur, ut per se offerat sacrificia pro peccatis, a fortiori dicendum id venit de Parochis relate ad suum gregem, pro quo speciatim constituuntur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerant dona et sacrificia. Sane si facultas facta esset eis hæc omnia per alios expleri, quomodo dici poterit, quod constituti sint pro grege in iis quæ sunt ad Deum? Nonne hoc modo imaginem potius pastoris mercenarii præseferre viderentur, qui, ovibus relictis, extraneo earum curam demandarent?

Idque eo fortius quia Tridentinis sanctionibus inhærendo obligationem personalem urgere videntur Summi Pontifices Benedictus XIV in sua Const. *Cum semper oblatas* diei 19 Augusti 1744, dum ait : « *eos quibus animarum cura demandata est, non modo sacrificium Missæ celebrare, sed illius etiam fructum medium pro populo sibi commisso applicare debere ;* » et Pius IX, quo sospite lætamur, in Encyclica *Amantissimi* 3 *Maii* 1858, decernens « *Parochos aliosque omnes animarum curam actu gerentes sacrosanctum Missæ sacrificium pro populo sibi commisso celebrare et applicare debere ;* » isti enim Pontifices nullum verbum faciunt imo nec a longe innuunt, quod Parochi hoc officium per alium explere possint.

Et optimo sane jure ; ex conceptu enim munerum parochialium ea omnino personalia esse sustinet *Fagnanus*, *Cap. Extirpandæ, De præb.* Nec secus tradit Monacellus, *Part.* I, *Tit. X*, *Form.* 18, § 14, dicens : « *Parochi et Curati animarum cogendi sunt, ut per se ipsos, et non per substitutos eorum munia impleant.* » Consonat *Garcias, de Benef. Part.* 3, *num.* 53 ; De Graffiis *in Dec. aureis casuum conscientiæ*, *Lib.* 2, *Cap.* 38, 7. Quapropter cum applicatio Missæ pro populo sit munus parochiale, illud et personale esse haud immerito substinebis.

Mirum hinc non est, quod omnes Canonistæ et Theologi eam sequuti sint sententiam, quod nempe obligatio applicandi Missam pro populo in Parochis sit omnino personalis. Inter cæteros audiatur Pitonius, qui, in *Disc. Eccl.* 142, *num.* 15, ait : « *Omnes dies dominicos et festivos per hebdomadam tenetur Parochus celebrare per seipsum nisi ex justa causa impeditus reperiatur.* » Eadem docent *Barbosa, de off. et potest. parochi, p.* 1, *Cap.* 11, *num.* 6, in *Summ. Apost. Decis. Coll.* 478, *num.* 11 ; *Fagnanus Cap. fraternitatem, de Sepulturis, num.* 92. Inter Theologos vero satis sit recensere Pasqualigum, *de Sacrif. Novæ Legis, Quæst.* 584, *num.* 5; *Bergier*, in suo *Dizionario teologico, ad verb. Messa; Scavini, Tract.* 3, *Disp.* 1, *Cap.* 2 ; *Gury, Tractatus de Euchar., Art.* 2, *num* 362; et *Bouix, Tract. de Parocho*, qui, in *Part.* 5, *prop.* 5, hæc habet : « *Excepto casu legitimi impedimenti, tenetur Parochus missam pro populo per seipsum offerre, nec potest alium sacerdotem qui id præstet sibi substituere.* »

Hæc autem concors Canonistarum et Theologorum doctrina mirifice congruere videtur cum praxi H. S. O. In una enim Castri Albi *VV. SS. LL.* 18 *Julii* 1789, Emi Patres cum rogati essent : « *An Parochi dictarum Ecclesiarum (cathedralis et collegiatæ S. Mariæ) aliarumque Collegiatarum diœcesis Castri Albi teneantur per se ipsos applicare diebus festis missam pro populo, seu potius possint per Beneficiatos, aliosque Sacerdotes prædicto oneri satisfacere in casu?* » rescripserunt : « *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.* » In una vero Fesulana 16 *Junii* 1770 et 26 *Januarii* 1771, propositis dubiis : « 1. *An Parochi in dominicis aliisque festis diebus præsente cadavere, possint celebrare Missam pro defuncto, et ad alium diem transferre missam pro populo applicandam in casu?* « Et quatenus negative, » 2. *An saltem applicationi missæ pro populo supplere possint per alium Sacerdotem in casu?* » Responsum prodiit : « *Ad* 1 *et* 2, *Negative.* » Idem clarius definitum fuit in Mechlinien. *Miss. pro populo* 25 *Septemb.* 1847 *per Summaria precum* proposita.

Imo laudatus Bouix *op cit.* etiam ulterius processit statuens in sexta propositione Parochos neque ab immemorabili consuetu-

dine excusari posse ab applicanda per seipsos Missa pro populo. Id vero firmatum jam fuerat ab S. Congreg. in citata MECHLINIEN., *et in* POLICASTREN. *Miss. pro populo diei* 23 *Maii* 1857 inter supplices libellos proposita, necnon in TIBURTINA *Applic. Miss. pro populo* 21 *Novembris* 1801, aliisque. Hæc omnia satis superque ostendere videntur obligationem applicandi Missam pro populo diebus festis in Parochis esse personalem.

Hisce positis, mole sua ruit quæstio, quam tertio loco proponit Episcopus : an scilicet Parochus alium substituere teneatur, si per seipsum Missam celebrare non possit ? Citati enim auctores aliique unanimi choro docent, Parochum legitime impeditum, posse et debere alium substituere, qui Missam pro populo celebret. Quando vero quis dici possit legitime impeditus, non satis constare videtur. « *Il Diritto canonico*, ad rem Bergier, *l. c.*, *non indica in modo preciso i motivi, pei quali i Parrochi possono venire dispensati dal celebrare essi la Messa parrocchiale : siccome però quest'obbligo personale emana dal diritto divino, un impedimento qualunque non basta per la dispensa* [1]. »

Quæ sententia sancita invenitur in citatis resolutionibus S. H. O.; imo in Benedictina Constitutione *Cum semper* cautum fuit quod si parochia adnexa sit præbendæ canonicali, Parochus Missam conventualem celebret et applicet, parochialem vero alteri suo sumptu celebrandam mandet.

Illud autem hac in quæstione dignum animadversione videtur quod duobus in casibus aliquid possit consuetudo. Primo quando in Ecclesia parochiali adsunt sacerdotes, quorum munus, juxta erectionem aut alium legitimum titulum, est Parochum in cura animarum exercenda coadjuvare. Et sane in SPOLETANA *Miss. pro populo* 14 *Maii* 1831, parochus principaliter animarum curam sustinebat, eique ex fundatione duo aderant Canonici coadjutores

(1) « Le droit canonique, *dit Bergier à cette occasion, loc. cit.*, ne spécifie pas d'une manière précise les motifs qui peuvent dispenser un curé de la célébration de la messe paroissiale. Cependant comme cette obligation personnelle découle du droit divin, un empêchement quelconque ne suffit pas pour en libérer le curé. »

in cura animarum, qui ex consuetudine plurium annorum vicissim cum Parocho Missam pro populo applicabant, et S. C. censuit hanc consuetudinem servandam esse. Idipsum firmatum fuerat in Ripana *Jur. Par.* 15 *Decemb.* 1725, et in Verulana *Miss. comm. et Miss. pro popul.* 12 *Decemb.* 1829.

Alter casus est cum cura habitualis est penes aliquem Presbyterorum cœtum, veluti Canonicorum, actualis vero apud Vicarium : tunc enim si consuetudo invaluit ut Vicarius et Canonici per *turnum* Missam pro populo applicent, eadem est servanda juxta mentem S. C. in Camerinen. *Miss. pro pop.* 16 *Decembris* 1820.

Quod si Parochus vel ex impotentia, vel ex negligentia aut ex alia quacumque causa alium substituere omittat, non recedendum videretur ex his quæ S. H. O. jam alias docuit. Proposita, rogatu Card. Tanari Episcopi Ostiensis, quæstione : *Utrum Castri Romani, Porciliani ac Decimi Rectores, diebus festis sacrificium offerre deberent, cum exiguos solum proventus a Dominis Castrorum acciperent, et nihil ab egenis illis hominibus inhospita fere loca colentibus referrent?* Responsum fuit, d. 29 Januarii 1724, *teneri et ad mentem*, scilicet : « *posse ab iis parochis ad egestatem sublevandam stipendium accipi, licet diebus festis præbeatur, et sacrificium quod pro populo celebrandum fuerat, offerri pro illo, qui stipendium tradiderit, ea tamen conditione, ut alio hebdomadæ die pro populo illud offerentes suo muneri satisfaciant*, » ut videri potest penes Benedictum XIV *in Instit. X, num.* 5. Forsan his adductus Giraldius in op. cui titul. *Expos. Juris Pont. Tom.* 3, *Sect.* 85, hæc tradidit : « *Episcopum posse dispensare cum Parochis pauperibus ab hac applicatione diebus festis, ita tamen ut celebrent in Ecclesia parochiali, ac totidem missas intra hebdomadam applicent pro populo, quot in diebus festis intra hebdomadam occurrentibus juxta peculiarem intentionem alicujus benefactoris obtulerunt.* » Ex his itaque omnibus affirmative respondendum videretur tertio quæsito ab Episcopo Pretrocoricensi proposito.

Remanet modo secunda quæstionis pars disceptanda, utrum scilicet obligatio applicandi Missam pro populo sit quoque loca-

lis, ita ut nonnisi in Ecclesia parochiali sit persolvenda. Verum hic quoque tutior videretur affirmativa sententia. Cum enim obligatio residendi in Parochis a jure divino derivet, et jure canonum ad præcisam teneantur residentiam; cum in propria Ecclesia Parochi verbum Dei prædicare, sacramenta administrare, cæteraque munia parochialia obire debeant; nedum congruum, sed etiam necessarium videretur, ut sacrificium pro ovibus offerrent in eadem Ecclesia, cum hoc, uti præcipuum sit, inter munera parochialia emicare videatur.

Neque in hoc aliquid absurdi deprehendi posse putarem ex eo quod superius eadem obligatio dicta sit personalis; quid enim vetat aliquem teneri per se aliquod onus adimplere in loco determinato? Hoc enim secumfert tantum quamdam conditionem explendi illud onus in loco designato. Sane Canonici et Beneficiati ex. gr. tenentur per se, et in propria Ecclesia choro adsistere: quis autem dixerit hoc contradictionem involvere? Neque absurdum est excogitare testatorem, qui velit ex. gr. sacerdotem Titium per seipsum celebrare in Ecclesia designata, et non aliter; quin hoc in casu Canones contradicant, imo districte jubeant hanc voluntatem esse omnino servandam. Hoc posito eccur idem dici nequit de Parocho, qui validiori vinculo quam Canonici suæ Ecclesiæ jungitur, et rigidioris residentiæ lege constringitur?

Hinc celebriores Canonistæ huic sententiæ subscribunt, inter quos eminet Barbosa, qui in *Summ. Apost. Decis. Collect.* 478, *num.* 28, hæc habet: « *Missam in propria Ecclesia et non in alia celebrare debet Parochus, quacumque consuetudine contraria non obstante.* Lucan. 15 *Septembris* 1629; » eadem repetit in *Coll. ad Conc. Trid. Sess.* 22, *Decret. de observ. et evitand. in celebrat. missæ*, n. 26; *et de off. et pot. parochi.* Idem docet Ferraris *Biblioth. ad verb. Parochus, art.* 5, *n.* 1; idem sonant verba Giraldi superius recitata. Nec secus Rota *Decis.* 469, *num.* 67, *p.* 19, *tom.* 2 *Recent.*, ubi citans Barbosam asserit: « *Parochi tenentur omnibus diebus festivis Missam celebrare in propria Ecclesia, non autem in alia, quacumque consuetudine in contrarium non obstante per textum in Capit. Ut dominicis*, 2, *De Paroch. et alien. Par.* »

Tandem Bouix in laudato opere *de Parocho*, hæc habet : « *Missam pro populo celebrare debet Parochus in Parochiali Ecclesia,* » quam invicte demonstrari posse putat ex resolutione S. H. O. data in Comen. 11 *Maii* 1720. In ea ad Dubium V. « *An occurrente quod Archipresbyter Parochus celebret Missam conventualem vel alias legitime absit, seu sit impeditus tam in diebus festivis, quam ferialibus quadragesimæ, teneatur celebrare facere per alium Missam parochialem pro populo?* » Responsum fuit : « *Affirmative, sed cum applicatione diebus festis tantum.* » Ex qua resolutione sic arguere licet : si Parochus, cum *legitime absit, vel sit impeditus*, tenetur alium substituere ut celebret et applicet Missam diebus festis ; illud sequi videtur ipsum eam applicare non posse pro populo in loco ubi degit, secus satis esset si curaret Missam celebrandam quin applicaretur.

Ea quæ hucusque allata sunt, invicte demonstrare videntur. obligationem Parochorum applicandi Missam pro populo diebus dominicis et festis esse simul personalem et localem, quamvis si legitima causa impediantur, possint alium substituere. Verumtamen non ita plana res procedere videtur, ut omnem prorsus excludat dubitandi locum.

In primis enim non desunt (Cavalierius, *Tom.* 3 *Op. Liturg. cap.* 8, *ad decr.* 15 *num.* 3) qui putent obligationem Parochorum personaliter peragendi Missæ sacrificium pro populo, non esse adeo gravis momenti, uti superius dictum est, sed Parochos posse ex levi etiam causa id oneris in alios rejicere, ceu quotidiana fere praxis nos docet, quin aliquid absurdi hoc secumferat, quandoquidem ratio applicationis Missæ pro populo ista esse videtur, nempe ut fructus medius pro populo applicetur, et eidem commodum porrigatur audiendi sacrum in propria parœcia. Jamvero duo hæc obtinentur quamvis alius celebret sacerdos ; in hoc enim munere obeundo Parochus non debet oves suas agnoscere.

Posito vero quod gravitas divini præcepti et apostolicæ præscriptionis offerendi pro ovibus sacrificium ita Parochum urgeat, ut ex levi causa per alium dictum onus explere minime possit, illud sequi videretur, ut alium sibi substituere haud liceret. Pa-

rochus enim, relate ad suum populum, speciatim constituitur Pontifex in his quæ sunt ad Deum, non secus ac cæteri sacerdotes constituuntur mediatores inter Deum et homines, ut offerant sacrificium et orent : atqui sacerdotes non satisfacerent obligationi propriæ, si quoties tenentur, *per alium* celebrarent (*Pasqualig.*, *de Sacrif. N. Legis*, *Quæs.* 854, *n.* 5 *et seqq.*) : ergo idem dicendum videtur de Parocho, qui præcepto divino tenetur offerre pro populo dominicis, aliisque festis diebus. Et recte, onus enim quod vere est personale, congruum videretur, ut nullo modo alteri demandari posset.

Quæ difficultas augeri videtur, si admittatur obligationem de qua quæritur, simul esse localem, cum contradictio quædam adesse appareret; quatenus enim personalis esset, personam Parochi sequeretur, ita ut in quocumque loco eam explere posset; quatenus vero localis, paræciam non egrederetur. Hinc potius tantum personalis videretur existimanda, ceu clare testantur S. H. O. resolutiones supra relatæ.

Neque id in præsentiarum incongruum aut contra Canones putarem; hodie enim oves non tenentur, ut antiquis temporibus, Missam proprii audire pastoris, quo casu ejus celebratio erat necessaria, ut fideles præcepto audiendi missam satisfacerent, sed modo satis fidelium commoditati et utilitati spirituali consultum videtur, si Parochus curet Missam celebrandam per alium in Ecclesia parochiali, ipse autem Parochus absens, in loco ubi degit, applicet pro populo; fructus enim sacrificii idem est quocumque loco celebretur.

Nec movent auctoritates superius allatæ, quæ aliquo modo firmare videntur obligationem Parochi esse quoque localem, siquidem ipsæ innituntur cuidam resolutioni S. H. O. prolatæ in Lucana « *Rector Tempognani,* » quæ reperitur sub die 15 *Septembris* 1629, *in Lib.* 14 *Decret. p.* 169. En tenor ejus resolutionis : « *Sacra etc. censuit Episcopum juxta facultatem reservandam adsignare debere unicuique parochiæ portionem juxta ratam seu statum primum cujuscumque, esto de* 20 *et quinque respective ; onus vero injunctum Parocho Tempognani se conferendi ad Ecclesiam parochialem*

Antiacoli, ibique celebrandi abrogandum esse. » Ut enim aliquid certi ex hoc decreto deducere liceret, cognoscenda foret indubitanter species cui applicatum jam fuit; ast facile cuicumque legenti patere potest, speciem valde dubiam esse, et responsum accommodari posse etiam casui Rectoris, qui ad alteram Ecclesiam se conferret ad celebrandum, quin in sua parœcia sacerdotem deputaret ad sacrum litandum, ita ut in sua Ecclesia diebus festis omnino sacrificium desideraretur. Insuper et altera ratio esse potuit illius responsi, scilicet tollendi onus nimis grave Parocho Tempognani, et abrogandi consuetudinem, semper reprobandam in Parocho, celebrandi continue diebus festis extra propriam Ecclesiam. Quæ omnia optime explicari possunt, quin recurratur ad obligationem localem in Parocho applicandi pro populo. Hinc cum auctoritates Barbosæ, Ferraris et Giraldi huic innitantur decisioni, facile quisque suo percipere potest ingenio, quo in pondere haberi debeant.

Præterea ad obligationem localem suadendam, aliud etiam affertur decretum, quod legitur in Fanen. *Rectores Urceani, De celebr. Missæ diei* 17 *Novembris* 1629, *Lib.* 14 *Decr. p.* 172, in qua hæc habentur : « *Sacra etc. censuit consuetudinem supraictam, secundum ea quæ proponuntur, non esse admittendam, sed diebus festivis celebrandam in propria Parochia.* » Verumtamen et hoc decretum pariter haud clare ad rem nostram loqui videtur; agebatur enim de consuetudine tollenda, vi cujus Parochus extra propriam Ecclesiam diebus festis celebrabat, et admisso etiam, quod obligatio offerendi pro populo in Parocho esset tantum personalis, ecquis unquam tolerare vellet consuetudinem Parochi abessendi omnibus diebus festis a propria Ecclesia?

Caput vero *Ut Dominicis,* 2, *De Par. et al. par.* citatum a S. R. in allata decisione ad quæstionem applicari non posse videtur, siquidem refertur ad eam Ecclesiæ ætatem, in qua fideles præcepto audiendi sacrum diebus festis satisfacere non poterant nisi in parochiali Ecclesia, audiendo Missam proprii pastoris seu Parochi.

Resolutio tandem data a S. C. in Comen. *Missæ Par. die* 11 *Maii* 1720, *ad* 5 *Dubium* supra relatum, quæ a Bouix, velut peremptorium argumentum affertur, indirecte tantum ad casum nostrum trahi posse videtur, quatenus nempe Parochus Archipresbyter legitime impeditus teneretur supplere per alium diebus ferialibus quadragesimæ quoad præsentiam tantum, diebus vero festis etiam quoad applicationem Missæ. Tamen hujus dubii species non satis manifesta apparet, videretur enim agi de Parocho, cui onus incumberet celebrandi Missam parochialem tam diebus festis, quam ferialibus quadragesimæ; hinc mirum non esset H. S. O. ea verba « *cum applicatione diebus festivis tantum* » adjecisse non ad significandam localem Parochi obligationem, sed ad indicandum Parochum teneri diebus festis tantum applicare pro populo.

Verum quidquid sit, ex his omnibus concludi posse videtur S. C. Congregationem non adhuc formiter declarasse, obligationem Parochi applicandi Missam pro populo ita localem esse, ut nonnisi in Ecclesia parochiali satisfieri possit.

His itaque disceptatis videant EE. VV. ea qua pollent sapientia ac juris ecclesiastici peritia, quonam responso dimittenda sint

DUBIA

I. *An parochus die festo a sua paræcia absens satisfaciat suæ obligationi Missam celebrando pro populo in loco, ubi degit, seu potius teneatur substituere alium qui Missam pro populo dicat in propria Ecclesia?*

Et quatenus negative ad 2am partem;

II. *An teneatur Missam applicare pro populo in loco, ubi degit, seu potius ad parochiam rediens teneatur applicare in propria Ecclesia?*

III. *An Parochus morbi causa legitime impeditus ne Missam celebret, teneatur post recuperatam sanitatem tot Missas applicare pro populo, quot durante morbo omisit, sive in casu quo nec per se nec per alium celebrare poterat sine gravi incommodo, sive in*

casu quo poterat per alium, sed ex aliquo vano timore vel negligentia non curavit vel non obtinuit ut alius pro se celebraret?

S. Congregatio Concilii, die 23 decembris 1872, causa cognita, censuit respondere ad dubia :

Parochum die festo a sua parœcia legitime absentem satisfacere suæ obligationi missam applicando pro populo suo in loco ubi degit, dummodo ad necessariam populi commoditatem alius sacerdos in ecclesia parochiali celebret et verbum Dei explicet.

Parochum vero utcumque legitime impeditum ne missam celebret, teneri eam die festo per alium celebrare et applicare facere pro populo in ecclesia parochiali : quod si ita factum non fuerit, quamprimum poterit, missam pro populo applicare debere.

II.

C'EST AU CURÉ QU'INCOMBE L'OBLIGATION D'OFFRIR LA MESSE POUR LE PEUPLE ; MAIS IL DOIT ÊTRE DÉCHARGÉ, EN PROPORTION, DES MESSES QUI INCOMBENT AU CLERGÉ DE L'ÉGLISE.

POLICASTREN.

MISSÆ PRO POPULO,

Die 26 *Aprilis* 1873.

Reverendissimus Episcopus Diœceseos Policastrensis supplici oblato libello S. H. Congregationi hæc exposuit : « Tutti o quasi tutti i Cleri della Diocesi di Policastro essendo *Ricettizi innumerati* [1], e ciascun Sacerdote facendola da Coadjutore nato del

(1) Par église *innumerata*, on entend une église où le nombre de prêtres y attachés n'est pas fixe. « Alia beneficia, *dit Pax Jordanus*, dicuntur ecclesiæ numeratæ, in quibus certus et determinatus est numerus beneficiorum; alia non numeratæ, sed receptitiæ, in quibus non est certus et determinatus numerus beneficiorum, sed secundum supercrescentiam, vel decrescentiam fructuum, beneficiati crescunt et decrescunt. » *Elucubrationes diversæ*, lib. x, titul. xxxvi, n. 12. Cf. Lotterius,

Parroco nella cura delle anime, trovansi per consuetudine ab immemorabili organizzati in guisa che l'Arciprete Curato non percepisce cosa alcuna di più di un semplice Partecipante, ma ogni cespite, incluse le Decime sacramentali, quando si esigevano, o per quel poco che oggi se ne esige, va sempre diviso ugualmente, così all' ultimo dei Partecipanti, come all' Arciprete Parroco, salvi solamente a costui i diritti delle carte matrimoniali, ed altri di stretta cura [1].

« Da questo organamento nasce altresì la consuetudine, che tutti i pesi siano parimenti divisi fra tutti con la stessa uguaglianza, e persin la Messa *pro populo* venga soddisfatta per giro, a cui il Parroco prende parte come ogni altro del Clero [2].

« Siffatto turno per la Messa *pro populo* viene ricordato ed approvato dal Sinodo Diocesano dell' anno 1830 con le seguenti parole [3] : — Æqua tamen Nobis videtur praxis in illis Cleris, ubi

De re beneficiaria, lib. I, quæst. XIV, n. 14. Il ajoute n. 36 : « Advertas autem, non omnem ecclesiam receptitiam esse non numeratam, sed bene e converso omnem non numeratam esse receptitiam. » Tel est l'état de toutes ou presque toutes les églises du diocèse de Policastro, comme l'atteste Mgr l'Évêque dans les premières lignes du rapport dont nous donnons la traduction.

(1) « Tous ou presque tous les membres du clergé du diocèse de Policastro étant *receptitii innumerati* (c'est-à-dire dans des églises *receptitiis non numeratis*), et chaque prêtre étant coadjuteur né du curé dans la cure des âmes, il se fait que de temps immémorial les choses sont sur ce pied que l'Archiprêtre curé ne perçoit rien de plus que les simples prêtres participants ; toutes les ressources, y comprises les dîmes sacramentales, si on les exige, ou pour le peu qu'on en exige aujourd'hui, sont divisées par parts égales, remises au dernier des participants comme à l'Archiprêtre, sauf que celui-ci a en outre les droits des écritures matrimoniales, et les autres droits strictement curiaux. »

(2) « De cette organisation est né d'autre part l'usage que tous prennent une part égale à toutes les charges, au point que la messe pour le peuple est célébrée à tour de rôle, tour auquel le curé ne prend pas une plus large part que les autres membres du clergé. »

(3) « Ce mode de célébrer la messe pour le peuple est rappelé et approuvé par le synode diocésain de 1830, dans les termes suivants : *Æqua tamen, etc.* »

per turnum ab unoquoque Sacerdote celebratur, quam non improbamus, imo etiam haud immutari decernimus. — *Syn. Diœc. pag.* 34.

« Le cose durarono generalmente così, sino a che non si seppe aver la S. Congregazione de' Riti dichiarato che l'applicazione della Messa *pro populo* fosse un' obbligo talmente personale del Curato, che costui, quando non trovisi positivamente impedito, debba soddisfarlo per *se ipsum* e non possa farsi da altri sostituire [1].

« Avuta conoscenza di siffatta risoluzione, alcuni Cleri si sottrassero alla consuetudine ed al solo Parroco addossarono la celebrazione della Messa *pro populo* [2].

« Tra gli altri fece così il Reverendo Clero di Vibonati, il quale si spinse anche più oltre, perchè, addossate al Parroco come obbligazione personale tutte le Messe *pro populo*, continuò ad assegnargli una porzione delle Messe Clericali, uguale a quella di ogni altro Sacerdote. Così il Parroco partecipando a rata eguale dei proventi della Chiesa, veniva a sopportare, solo perchè Parroco, un peso tanto maggiore di quello degli altri, quanto era l'annuo numero delle Messe da applicarsi *pro populo* [3].

« Da ciò nacque che un' Economo Curato di quella Chiesa, morto da poco, non solea soddisfare l' intiero numero delle Messe

(1) « Les choses continuèrent sur le même pied, jusqu'à ce qu'on eut connaissance de la décision de la Sacrée Congrégation des Rites, d'après laquelle l'obligation d'appliquer la messe pour le peuple est tellement personnelle au curé, que, quand il n'a pas un empêchement positif, il doit y satisfaire par lui-même, et ne peut se faire remplacer. »

(2) « Ayant eu connaissance de cette décision, le clergé de quelques églises secoua le joug de la coutume et endossa au curé seul la charge de célébrer la messe pour le peuple. »

(3) « C'est ce que fit, entre autres, le clergé de Vibonati. Il alla même plus avant : car ayant laissé au curé, comme obligation personnelle, toutes les messes pour le peuple, il lui assigna en sus, dans les messes qui incombent au clergé, une part égale à celle des autres prêtres. De cette manière le curé qui ne perçoit dans les revenus de l'église qu'une part égale à celle des autres, se trouve, en sa qualité de curé, surchargé de tout le poids des messes applicables au peuple. »

Clericali assegnategli; ma tante sole ne celebrava, quante con l'aggiunta delle Messe *pro populo* formassero un numero eguale alla porzione spettata a ciascun altro Sacerdote. Credeva in tal modo difendere i proprii diritti, ma intanto un buon numero di Messe Clericali è rimasto insoddisfatto [1].

« Ora arrivato colà il Vescovo Oratore per la S. Visita, fece osservare a quel Clero che pareva troppo esagerata l'interpretazione da essi data al Decreto della S. Congregazione dei Riti. Imperocchè se questa avea giustamente ritenuto essere la Messa *pro populo* un' obbligazione personale del Parroco, non avea voluto con ciò rendere più gravosa la posizione del Parroco stesso, nè togliere a costui il diritto di esserne compensato nelle sue relazioni col Clero, col quale divideva a rate eguali i proventi della Parrocchiale Chiesa. Il quale compenso doveva appunto consistere nell'assegnare al Parroco un numero di Messe Clerali inscrivere di tanto, quanto erana le Messe *pro populo* a lui personalmente addossate. Per tal modo salva rimanendo l'osservanza della Sacra Decisione dei Riti, salva rimaneva altresì l'eguaglianza de' diritti e degli oneri tra il Parroco ed il Clero [2].

(1) « Or il arriva qu'un Économe-curé de cette église, mort depuis peu, cessa de décharger toutes les messes *cléricales* qui lui étaient assignées : il se contenta d'en célébrer un nombre qui, joint aux messes *pro populo*, atteignit la part incombant à chacun des autres prêtres. Par là il croyait défendre ses propres droits; mais entre temps un bon nombre de messes *cléricales* restait en souffrance. »

(2) « L'Évêque orateur, étant arrivé à cet endroit pour la visite pastorale, fit observer au clergé que son interprétation du décret de la Sacrée Congrégation des Rites paraissait exagérée. Car si elle avait maintenu le principe que la célébration de la messe *pro populo* est une obligation personnelle du curé, elle n'avait pas voulu par là aggraver la position du curé, ni lui enlever le droit de trouver une juste compensation dans ses relations avec le clergé appelé à partager avec le curé, à parts égales, les revenus de l'église paroissiale. Cette compensation ne pouvait consister que dans l'assignation au curé d'un nombre de messes *cléricales* diminué d'autant de messes que le curé doit en appliquer *pro populo*. De la sorte on concilie l'observance de la décision Romaine avec l'égalité des droits et des charges entre le curé et le clergé de l'église. »

«Questo però non essendo rimasto convinto di tale spiegazione, si è stabilito di comune accordo che il Vescovo ne farebbe alla Santità Vostra una fedele narrazione, come è la presente, supplicando la Sua Paterna Benignità a degnarsi di risolvere la questione per mezzo della S. Congregazione del Concilio alla quale devotamente si rassegnano i due seguenti dubbii [1] :

« 1. Se stante la organizzazione speciale dei Cleri della Diocesi di Policastro, ed il carattere di Coadjutori del Parroco, che l' investe, sia tollerabile la consuetudine di celebrarsi per turno la Messa *pro populo* [2] ?

« 2. *Et quatenus negative;* Se il Clero di Vibonati debba assegnare al Parroco una porzione minore di Messe Clerali per compensarlo delle Messe pro populo ed eguagliare le sorti [3] ? »

Consuetudo, qua Canonici coadjutores alternatim cum Parocho missam offerunt pro populo tunc solum attendenda mihi videretur, quando Parochus per seipsum missæ sacrificium pro grege sibi commisso peragere non deberet. Verum si verba Tridentini *sess.* 23, *cap.* 1, *de reform.* paullisper considerentur, facile dignoscitur obligationem Parochorum applicandi missam pro populo dominicis aliisque festis diebus omnino personalem esse. Audi verba Tridentini Concilii : « *Cum præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre... et in cætera munia pastoralia incumbere, quæ omnia nequaquam ab iis præstari, et impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more desernnt : Sacrosancta Synodus eos admonet et hortatur, ut*

(1) « Celui-ci cependant ne voulut pas admettre cette interprétation, et l'on convint, d'un commun accord, que l'Evêque ferait à Sa Sainteté un exposé fidèle du cas, le suppliant de vouloir résoudre la question par l'organe de la Sacrée Congrégation du Concile, à laquelle on soumet humblement les deux doutes suivants. »

(2) « Peut-on, vu l'organisation spéciale du clergé diocésain de Policastro, et son caractère de coadjuteur des curés, tolérer la coutume de célébrer à tour de rôle la messe *pro populo?*

(3) « 2. *Et quatenus negative;* le clergé de Vibonati doit-il assigner au curé un nombre moindre de messes *cléricales*, pour le compenser des messes *pro populo* et égaliser ainsi les positions ? »

divinorum præceptorum memores factique forma gregis, in judicio et veritate et pascant et regant. » Et merito : sicuti enim unicuique presbytero ex ministerio sacerdotali injunctum est illud Levit. 9 : « *Accede ad altare... ora pro te, et populo*, potiori profecto jure Parochus tamquam omnis *Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut dona offerat et sacrificia pro peccatis.* » Hebr. 10. Videsis hac de re resolutionem S. Congregationis in PETROCORICEN. *Missæ pro populo* nuper proposita in comitiis diei 23 Decembris elapsi anni.

Cum itaque obligationem offerendæ Missæ pro populo per alium Parochi implere nequeant, nisi ob gravissimam causam, non videntur attendendi Parochi Diœcesis Policastrensis, qui, hujusmodi gravissima causa deficiente, vicissim cum suis coadjutoribus Missam pro populo celebrant. Neque ipsis suffragari posse videtur introducta consuetudo, quandoquidem præscriptioni Tridentinorum Patrum aperte adversatur, qui hujusmodi parochorum obligationem quoad Missæ sacrificium ex præcepto divino derivare tradunt ceu mox innuimus. Porro consuetudines tam inductæ, quam inducendæ contra Concilii Tridentini decreta declarantur irritæ, nedum ex censura *Constit.* Pii IV *in Principis Apostolorum*, sed et a Benedict. XIV, *Instit. Ecclesiast.* 60, *num.* 7, et a S. Congregatione in FLORENTINA *diei* 6 *Iunii* 1863, § *Hæc ex natura.* Quapropter ita infecta vel ab initio præfata consuetudo dicenda foret, ut nullatenus incipere valuerit, ceu tradit S. Congregatio in ARIMINEN. *diei* 13 *Septembris* 1862.

His principiis innixus S. H. Ordo in MECHLINIEN. *Missæ pro populo*, 25 *Septembris* 1847, *inter supplices libellos relata*, consuetudinem reprobavit, vi cujus Parochus diebus Dominicis, et festis Missam privatam pro pio aliquo benefactore applicabat, et nullo legitimo impedimento detentus onus celebrandi Missam pro populo in alium transferebat, siquidem proposito dubio : « *Quid censeri debeat de consuetudine, vi cujus Parochus diebus dominicis et festis Missam privatam pro pio aliquo benefactore applicat, et nullo legitimo impedimento detentus onus celebrandi Missam pro*

populo in alium transferat Sacerdotem? » Emi Patres rescripserunt: « *consuetudinem, de qua agitur, non esse attendendam.* »

Imo hujusmodi consuetudo nullum Parochis præsidium afferre posse putarem ne illo quidem in casu, quo ageretur de Ecclesia parochiali, in qua præter Parochum alii participantes, poscente necessitate, eidem Parocho auxilium præbere solent. Idque confirmari potest exemplo ab ipsa Diœcesi Policastrensi deducto. Cum enim in causa POLICASTREN. *Missæ pro populo* 23 *Maii* 1857 inter supplices libellos proposita quæsitum esset : *An Missa parochialis applicari deberet ab omnibus e clero participantibus per turnum juxta consuetudinem in nonnullis diœceseon locis vigentem, vel potius a Parocho tantum*, veluti apud alia ejusdem diœceseon loca in more positum erat? S. C. indiscriminatim respondit : « *Onus applicationis Missæ pro populo spectare ad Parochum tantum.* » Congruit TIBURTINA, *appl. Missæ pro populo*, 21 *Novembris* 1801 ; CASTRI ALBI, *VV. SS. LL.*, 18 *Iulii* 1789, et aliæ.

Cum igitur Parochi implere nequeant per alium onus offerendi Missam pro populo nisi ob gravissimam causam, et cum ipsis suffragari haud valeat consuetudo Missæ per alium celebrandæ, neque si usus ferret, ut eam applicent Ecclesiæ parochialis participantes, sponte veluti sua fluere videtur nullimode ferendam esse consuetudinem in Ecclesiis receptitiis Policastrensis Diœceseon inductam, qua Parochi alternatim cum suis coadjutoribus Missam pro populo celebrant.

Verum ex adverso considerandum venit quod Cavallerius, in *Oper. liturgic., tom.* 3, *cap.* 8, *ad decret.* 15, *n.* 3, tradit necessarium non esse, ut parochi tam scrupulose hac in re progrediantur, sed levi etiam de causa non infrequenter possint per alios supplere oneri applicationis Missæ pro populo. Quo posito præfatam consuetudinem servari posse putarem, præsertim quia memoriam hominum excedere Episcopus innuit. Quantæ enim auctoritatis sit immemorabilis consuetudo, nemini ignorare licet.

Verum hoc etiam prætermisso perpendendum occurrit, quod Parochis hac in re favere potest consuetudo duobus in casibus, qui

generalis principii exceptionem quodammodo constituunt. Primus casus est quando agitur de Sacerdotibus, qui ex fundatione, aut ex alio legitimo titulo Parochum adjuvare tenentur in exercenda animarum cura. Et revera in SPOLETANA, *Missæ pro populo*, 14 *Maii* 1831, Parochus erat, qui principaliter animarum curam exercebat; eidem autem uti coadjutores aderant duo Canonici qui juxta erectionem in cura animarum subeunda suppetias ferebant. Jamvero perspectum, exploratumque erat quod ex plurium annorum consuetudine hi coadjutores Missam pro populo vicissim cum Parocho offerrent. Cum tamen coadjutores illius temporis ab hoc onere sese vellent eximere, proposito dubio : « *An Canonici coadjutores teneantur alternatim cum Parocho applicare Missam pro populo in casu?* » S. C. die dicta respondit : « *Affirmative.* » Idipsum firmatum fuerat in RIPANA, *Iur. Par.* 15 *Decembris* 1725, et iterum 20 *Novembris* 1762 ; nec non in VERULANA, *Miss. comm. et Miss. pro pop.* 12 *Dec.* 1729, *ad* 2. Hinc apparet quod non juvet Parochos consuetudo, neque si agatur de Ecclesia parochiali, cui præter Parochum serviunt alii participantes, qui, tantummodo necessitate ferente, eidem Parocho auxilium præbent : optime vero juvet Parochos in hac re consuetudo quando agitur de Sacerdotibus, qui ex justitia, id est juxta erectionem aut quemvis alium legitimum titulum, coadjutricem operam in exercenda animarum cura eidem Parocho præbere tenentur. Secundus casus, quando cura habitualis penes aliquem Sacerdotum cœtum, veluti Canonicorum, vel Beneficiatorum residet, actualis vero penes vicarium, tunc enim si consuetudo obtinuit, ut Vicarius et Canonici vel Beneficiati Missam pro populo in orbem offerant, consuetudo illa plane servanda est. Ita definitum fuit in CAMERINEN. *Miss. pro populo* 16 *Decembris* 1820.

His breviter expositis, sponte veluti sua fluere videtur, quid respondendum sit primo dubio ab Episcopo proposito; agitur enim in themate de coadjutoribus Diœceseon Policastrensis, qui ex ipsa fundatione Parochum in cura animarum exercenda adjuvare tenentur ; et proinde si ex immemorabili consuetudine, uti testatur Episcopus, munus celebrandæ Missæ pro populo

vicissim cum Parocho exercent, non videntur in præsentiarum illud totum in Parochum refundere posse. Accedit insuper quod hujusmodi consuetudo firmata est a Synodo illius Diœcesis anno 1830 per hæc verba : « *Æqua tamen nobis videtur praxis in illis Cleris, ubi per turnum ab unoquoque Sacerdote celebratur, quam non improbamus, imo etiam haud immutari decernimus.* »

Tandem prætereundum heic haud videtur quod penes illos Cleros quilibet Sacerdos participans eamdem portionem emolumentorum percipit ac Parochus ipse, non exclusis ipsis decimis sacramentalibus. Hinc si quisque coadjutor æqualia commoda cum Parocho sentit, conveniens est ut etiam incommoda æqualiter cum ipso dividere debeat.

Quod vero spectat ad secundum quæsitum, pauca dicenda sunt cum ejus solutio dependeat ex primo. Sane si EE. VV. supra dictam consuetudinem ratam habuerint, tunc nulla immutatio fieri debere videtur circa Missas clerales, quæ modo inter Parochum, et coadjutores æquali numero distributæ sunt. Etenim sicut coadjutores vicissim cum Parocho Missam pro populo celebrant, sic et Parochus æqua ratione Missas clerales cum istis offerre tenetur. At si censuerint EE. VV., consuetudine posthabita, omnes Missas pro populo in totum Parochum refundere, tunc justitiæ consonum esse putarem quod Parocho, compensationis gratia, Missarum cleralium inferior numerus assignetur, ne ex hoc ipso quod Parochus est haud leve damnum perferre cogatur. His obiter animadversis, videant EE. VV. quid Episcopi dubiis sit respondendum.

Quare, etc.

Resp. *Onus Missæ pro populo spectare ad Parochum, eumdemque esse exonerandum a totidem Missis cleralibus.*

A PROPOS DE LA COLLATION DES ÉGLISES PAROISSIALES ET SUCCURSALES.

PRATIQUE DE L'ARCHIDIOCÈSE DE MALINES.

Dans la note 2 de la page 476, nous disions que, à notre avis, les examens ou concours, tels qu'ils se font en Belgique, n'atteignent pas complètement le but du Concile de Trente, qui veut que le choix soit fait parmi les candidats à telle ou telle cure vacante. Nous laissions entendre qu'en Belgique, on conférait quelquefois les postes vacants à ceux qui ne les désiraient pas, et que parfois on les contraignait, pour ainsi dire, à les accepter.

Nous devons cependant faire observer que cela n'est aucunement applicable à l'archidiocèse de Malines. Les nouveaux *Statuts* en fournissent une preuve irrécusable. Quatre fois par an, l'archevêché envoie à chaque décanat la liste des paroisses vacantes, et le choix est fait parmi les candidats qui se présentent, en tenant compte, pour la science, du résultat de leurs examens ou concours. De cette manière on obvie à l'inconvénient que nous signalions. Nous faisons des vœux pour que cette marche soit adoptée dans tous les diocèses de la Belgique.

Voici les passages des *Statuts* de Malines, qui établissent cette discipline :

72. Quater, in anno, seposito eventu necessitatis, parochiæ a Nobis conferuntur, idque circa finem cujusque trimestris. Porro, ut qui promoveri cupiunt, tempestive de parochiarum vacantia informentur, ineuntibus mensibus martio, junio, septembri et de-

cembri, elenchus parochiarum vacantium deponetur apud RR. admodum DD. Decanos omnium districtuum.

73. Aspirantes per brevem epistolam ad nos directam se præsentare debebunt, et illis qui nunquam vel nonnisi a septennio examini in scriptis interfuerint, die a Nobis designando ad novum examen seu concursum in scriptis se sistere tenebuntur, nisi aliter nobis visum fuerit.

Examen seu concursus in hac diœcesi non fit unica vice tantum, et ad casum alicujus parochiæ vacantis, sed fit pluries. Debent enim omnes confessarii examini seu concursui in scriptis interesse singulis trienniis, vel bienniis, aut singulis annis, prout idonei reperti fuerint; nec conceditur illis, antequam sint parochi, jurisdictio usque ad revocationem, nisi post octodecim annos sacri ministerii, quo temporis spatio sex ad minus vicibus examini interfuerunt. Hæc autem omnia examina inserviunt ad dijudicandum de candidatorum scientia in ordine ad collationem ecclesiarum parochialium [1].

(1) *Statuta diœcesis Mechliniensis promulgata in synodo diœcesana an.* 1872, pag. 30.

THÉOLOGIE PASTORALE.

DE LA RÉCEPTION DU SACREMENT DE PÉNITENCE ET DE L'EUCHARISTIE AVANT LE MARIAGE [1].

SOMMAIRE. — Position du cas. — I. RÉP. A LA 1re QUESTION. 1. Le confesseur peut faire les interrogations ordinaires. — 2. Il ne doit pas insister. — 3. Pourquoi. — 4. Excepté si le complice l'y a autorisé. — 5. Il ne convient pas qu'il demande cette autorisation. — 6. Solution de la 1re question.

II. RÉP. A LA 2e QUESTION. — 7. Un pénitent n'est pas tenu *sub gravi* d'avouer un péché déjà confessé. — 8. Ni qu'il s'est déjà confessé. — 9-12. Le confesseur peut-il avoir une véritable certitude que le pénitent est encore chargé de ce péché? — 13. Supposé qu'il ait cette certitude, que doit faire le confesseur? — Sentiment d'Illsung. — 14. Ses partisans. — 15. Remarque sur la manière dont les *Vindiciæ Alphonsianæ* s'expriment à ce sujet. — 16. Sentiment commun. 1er *motif*. Abus du secret de la confession. — 17, 18. Objection et réponse. — 19. 2e *motif*. Le confesseur doit croire le pénitent. — 20. Objection et réponse. — 21. 1er *motif* pour lequel nous préférons le sentiment commun. Il sauvegarde mieux le secret de la confession. — 22. 2e *motif*. Le moyen d'Illsung contient une simulation du sacrement. — 23. Objection. — 24. Réponse. — 25. Il y aurait au moins dissimulation formelle. — 26. Résultats du moyen proposé par Illsung. — 27. 1° Quant au confesseur. — 28. Peut-on dire que le confesseur coopère formellement à l'indigne réception du sacrement? — 29. 2° Quant au pénitent. — 30. 3° Quant au Sacrement. — 31. 4° Quant au sceau sacramentel. — 32. Doit-on donner l'absolution absolument? Sentiment affirmatif. — 33. Sentiment d'Elbel. — 34. Objection des *Vindiciæ Alphonsianæ* contre ce sentiment. — 35. Réponse. — 36. Avantage du sentiment d'Elbel. — 37. Adoption du sentiment commun. — 38. Objection des *Vindiciæ Alphonsianæ*. — 39. Réponse. — 40. Solution de la 2e question du cas proposé.

I. Petrus et Anna, matrimonium contracturi, sacro se sistunt tribunali : Petrus sese cum sponsa commercium carnale habuisse

(1) V. ci-dessus, pag. 301.

ingenue fatetur ; sed Anna, quæ ad confessionale postea accedit, peccatum istud non declarat. Quæritur :

1° Quasnam interrogationes confessarius Annæ facere possit absque ulla sigilli sacramentalis violatione ?

2° Si ipsi constet Annam hoc peccatum reticere, an nihilominus absolutio ei concedenda sit ?

I. 1. La réponse à la première question ne soulève guères de difficulté. Les auteurs s'accordent à dire que le confesseur peut et doit faire les interrogations que l'on a coutume de faire dans ce cas. « Potest confessarius, *dit Reuter*, more consueto eam examinare circa ea, quæ ejusmodi interrogari solent, v. g., an ipsam nil ultra angat, an nihil contigerit post contracta sponsalia, quod conscientiam gravare possit ; quia ex scientia illa sacramentali non amisit confessarius jus interrogandi modo ordinario ; quod addo, quia ad examen extraordinarium illa uti non licet [1]. »

Il nous semble, vu surtout aujourd'hui la fréquence de ce cas, qu'on pourrait aller un peu plus loin sans qu'il y eût péril de violer le sceau de la confession, et faire au pénitent la question qu'Illsung suppose faite par le confesseur : « Interrogavit confessarius sponsam, an si hujusmodi rem fecisset, ipsa sciret, quod esset grave peccatum, et illud confiteri teneretur [2]. »

Si la pénitente appartient à un endroit où le péché est commun et à une classe de personnes qui le commettent ordinairement avant le mariage, nous ne verrions aucune révélation du sceau dans l'interrogation du confesseur qui demanderait à la pénitente si elle n'est pas tombée dans cette faute. Il se trouverait dans le cas excepté par les auteurs : « De eo, *dit Stoz*,

(1) *Neo-confessarius practice instructus*, n. 36.

(2) *Theologia practica universa de bono et malo morali*, Tract. VI, Disp. VI, n. 128.

ne quidem interrogare potest pœnitentem, nisi generatim tantum (v. g. an nihil aliud habeat, quod confiteatur), vel *nisi peccatum illud sit, de quo alii ejusdem conditionis pœnitentes interrogari solent*[1]. »

2. Mais il ne pourrait, ainsi que le fait remarquer la *Théologie du Séminaire de Malines*, insister sur ses interrogations, si elles pouvaient faire naître de légitimes soupçons dans l'esprit de la pénitente, qu'il fait usage de la confession du futur. « Propter eamdem rationem non posset nimia insistentia desuper interrogare sponsam, ita ut hæc merito suspicaretur ex confessione sponsi illud fieri[2]. » Il ne faut pas que nous donnions aux fidèles l'occasion de penser qu'en aucun cas nous puissions nous écarter de la règle qui nous défend d'user de la science acquise au confessionnal.

3. On nous demande ce qu'il y a d'odieux, de désagréable dans des interrogations même serrées de la part du confesseur? S'il ne questionne pas assez la fille, elle soupçonnera une mauvaise confession de la part de son complice, et s'en prévaudra pour ne rien avouer. N'est-ce pas là un mal réel?

Le côté malheureux de trop d'instances, ce serait de diminuer la confiance qu'ont les fidèles dans le secret de la confession et de leur rendre ainsi ce sacrement odieux. Il vaut mieux être trop réservé dans ses interrogations que de faire croire aux pénitents que le prêtre fait usage des connaissances acquises au tribunal de la pénitence. Il vaut mieux que la fille, par sa propre malice, soupçonne son complice d'avoir fait une mauvaise confession, que de soupçonner le prêtre d'avoir usé de la confession de son complice. C'est un mal moindre et dont le confesseur n'est nullement responsable. « Si in specie interroget, *dit avec raison Sporer*, erit periculum

(1) *Tribunal pœnitentiæ*, Lib. II. n. 104.
(2) *Tractatus de sacramento pœnitentiæ*. n. 114, II, pag. 402.

indirectæ revelationis sigilli ex confessione complicis, nisi esset peccatum aliquod commune talibus personis, et de quo tales personæ communiter interrogari solent, ut est in sponsis rusticis prævia probatio copulæ [1]. »

4. Telle est donc la règle générale : le confesseur ne peut par ses interrogations montrer que le complice du pénitent lui a confessé ce péché. Les auteurs admettent cependant une exception : c'est pour le cas où le pénitent a autorisé le confesseur à en parler à son complice : « Nisi, *dit Stoz*, a pœnitente acceperit licentiam de illo peccato speciatim loquendi cum complice, neque scandalum obstet [2]. »

5. Mais les auteurs font en même temps remarquer qu'il ne convient pas que le confesseur demande la permission d'en parler à son complice. Cela peut avoir de fâcheux résultats. « Si confessarius, *dit Benzi*, eamdem facultatem petat, et non pœnitens non rogatus concedat, periculum est, ne ex metu reverentiali concedatur ; quia sæpe pœnitens ad illam concedendam ex reverentia erga confessarium adducetur. Proinde confessarius nonnisi raro et caute illam petat [3]. » On lit aussi dans la *Théologie du Séminaire de Malines :* « Quarta cautela aliquibus esse videtur, ut confessarius ab eo qui prior peccatum confitetur, licentiam petat alterum de eo interrogandi. Hoc tamen pluribus pœnitentibus odiosum videri posset : unde adhibendum non est, si timendum sit ne pœnitens ægre licentiam concedat, aut complex illud ægre ferat ; aut si hic per se candide confessurus prævideatur [4]. »

6. Nous répondons donc à la première question que, si le confesseur a coutume d'interroger les futurs époux sur ce

(1) *Theologia moralis sacramentalis*, Part. III, n. 802.
(2) *Loc. cit.*
(3) *Praxis tribunalis conscientiæ*, Disp. II, Quæst. VII, Art. I, n. 3, pag. 452.
(4) *Loc. cit.* pag. 403.

point particulier, il peut faire les mêmes interrogations à Anna; et nous lui conseillerions de la prévenir que, vu les occasions où les futurs se trouvent assez souvent exposés, vu la fragilité humaine, et les efforts extraordinaires employés par le démon pour les entraîner dans l'abîme du péché, il a coutume d'adresser ces interrogations à tous les pénitents qui se présentent à confesse pour se marier; qu'elle ne doit donc pas être surprise s'il ne s'écarte pas de sa pratique ordinaire: et puis l'engager à ouvrir son cœur avec confiance. S'il n'a pas l'habitude de les interroger en particulier sur ce point, il ne peut faire une exception pour Anna, sans lui donner lieu de soupçonner qu'il use de la science acquise par la confession de son complice, et par conséquent sans compromettre le sceau sacramentel. Pour pouvoir l'interroger plus spécialement, il devrait y être autorisé par des aveux adroitement arrachés à Anna sur les préliminaires du commerce charnel.

II. Avant de répondre à la seconde question, nous devons entrer dans quelques observations préliminaires.

7. 1° Notons d'abord qu'un pénitent n'est pas tenu, *sub gravi*, en règle générale, d'avouer un péché dont il a reçu l'absolution dans une confession précédente. « Si quis, *lit-on dans la Théologie du Séminaire de Malines*, mentiatur in confessione, negando veniale peccatum quod fecit, aut mortale jam directe virtute clavium remissum, non est per se grave, quia agitur de materia libera, quæ reticeri potest: per accidens vero potest esse grave sacrilegium negare istud peccatum, v. g., si ratione consuetudinis aut periculi proximi declarandum sit [1]. » C'est le sentiment commun, dit S. Alphonse [2].

8. 2° Il n'y a pas non plus pour le pénitent obligation grave

(1) *Tract. cit.*, n. 52, I, 3°, pag. 185.
(2) *Theologia moralis*, Lib. VI, n. 496.

d'avouer qu'il s'est confessé après avoir commis le péché sur lequel il est interrogé; il peut donc le nier au confesseur actuel sans se rendre coupable d'une faute grave. « Circa primum genus rerum (circa eas circumstantias, quæ nullo modo pertinent ad materiam confessionis), *dit Suarez,* per se loquendo, non est peccatum mortale, nec contra valorem confessionis miscere aliquod mendacium, sive affirmando, sive negando... quia illud mendacium concomitanter tantum est in sacramento, et non fit materia ejus, et ideo nec continet gravem injuriam [1]. »

9. 3° La question suppose que le confesseur est *certain* que le pénitent n'a pas confessé son péché à un autre confesseur et qu'il le tait sciemment. Mais cette supposition est-elle bien fondée? Le confesseur peut-il jamais avoir cette *certitude?* D'abord le confesseur se trouve entre deux assertions contradictoires. Comment peut-il avoir la certitude de la vérité de l'une et de la fausseté de l'autre? Une partie est-elle plus croyable que l'autre?

10. On dit que le témoignage de l'époux doit lui donner cette certitude. L'époux n'a aucun motif de venir s'accuser faussement, de se diffamer ainsi près du confesseur et de se priver du fruit du sacrement. Il y a dès lors une présomption contre la future : son silence est sans aucun doute l'effet de la honte ou de la crainte [2].

11. Nous accordons bien volontiers qu'il y a une présomp-

(1) *Tom.* IV *in* 3 *part.*, Disp. XXII, Sect. X, n. 3.

(2) « Unde, *dit Babenstuber*, certius cognoscere potuerit, sponsam mentiri, quam ex sponso se ipsum fide sacramentali accusante de criminibus, quæ commisit cum sponsa complici. Accedit, quod non videatur ullatenus credibile, sponsum sine ulla causa accusasse sponsam, seque privare voluisse fructu sinceræ confessionis. Itaque contra sponsam præsumptio est, quod, sacrilego pudore obcæcata, negaverit peccata a se commissa. » *De pœnitentia*, Art. V, § IV, n. 44.

tion de culpabilité contre la fille. Mais cette présomption constitue t-elle une certitude? Non. Elle peut servir de base à un jugement plus ou moins probable, plus ou moins fondé; mais on ne pourra jamais dire qu'elle donne une certitude morale. Qui assure, du reste, le confesseur que le futur n'a pas voulu jouer une farce ou au confesseur, ou à la future? Cela n'est guères probable, dira-t-on. Il en serait ainsi si la dénégation de la future n'était pas de nature à donner quelque probabilité à cette hypothèse. Et cela suffit, nous semble-t-il, pour autoriser à dire que le confesseur ne peut asseoir un jugement *certain* sur une base aussi incertaine.

12. Nous ajouterons que, comme nous l'avons vu tout à l'heure, le pénitent peut, sans se rendre indigne de l'absolution, nier avoir commis ce péché et avoir été à confesse à un autre confesseur. Comment dès-lors le confesseur peut-il être *certain* que la fille en question a encore la conscience chargée de ce péché? Il est en face de deux négations de la pénitente. Sur quoi se basera-t-il pour rejeter l'une comme fausse et admettre l'autre comme véritable? La seconde négation n'est-elle pas une conséquence de la première? Avouer qu'elle a été à confesse à un autre confesseur, depuis peu, n'est-ce pas avouer sa faute? N'est-ce pas du moins donner à son confesseur un juste motif de la soupçonner? Il semble donc que les dénégations de la fille ne peuvent qu'engendrer le doute dans l'esprit du confesseur, et que jamais il ne pourra être certain que la pénitente a encore la conscience chargée de ce péché. Ecoutons sur ce point le Cardinal de Lugo : « Petes, *demande-t-il*, quid si confessarius ex aliorum confessione evidenter sciat, Petrum commisisse tale peccatum, quod ipse postea in confessione negat? Respondetur, repugnare, quod aliorum confessione id evidenter sciat, cum tota illa notitia resolvatur

in testimonium alterius pœnitentis : quare magis debet credere ipsi Petro in sua causa, quam aliis [1]. »

Il nous semble donc qu'on est autorisé à nier l'hypothèse du cas posé et que le confesseur n'aura jamais une véritable certitude que le pénitent a réellement commis le péché confessé par le complice, ou que sa conscience en est encore chargée [2]. Toutefois admettons, par impossible, qu'il aura une certitude telle quelle et voyons qu'elle doit être la conduite du confesseur en cette circonstance.

13. Les auteurs sont très-partagés sur ce point. Les uns estiment que le confesseur ne peut absoudre le pénitent. L'auteur de cette opinion, Illsung, pose le cas suivant et approuve la conduite tenue par le confesseur.

Confessus est sponsus et sponsa, nuptias contracturi; uterque asseruit, ultimam confessionem a se peractam esse in paschate, et quia ambæ erant personæ rudes, interrogavit confessarius utramque, an non post contracta sponsalia, a tempore ultimæ confessionis se mutuo usi sint, sicut conjuges, atque fornicati : cum frequenter id soleat contingere ; fassus est sponsus, non semel, sed

(1) *De sacramento pœnitentiæ,* Disp. XXII, n. 22.

(2) C'est ce que fait Stoz, dont l'ouvrage intitulé *Tribunal pœnitentiæ* est très-estimé; il nie qu'en aucun cas le confesseur puisse jamais avoir cette certitude. « Si iste, *dit-il,* constanter neget, debet eum plerumque absolvere. Quia confessarius debet pœnitenti hic magis credere quam complici, vel aliis, vel etiam sibi ipsi, et propriis suis oculis, atque auribus. Cum enim tam multæ causæ sint, ob quas legitime potest aliquod peccatum mortale in confessione reticeri, adeoque negari; cumque præterea nullus actus externus sit formaliter peccatum mortale, nisi fiat cum plena deliberatione et advertentia ad malitiam moralem ejusque gravitatem : atque adeo peccatum ex genere suo mortale sæpissime per accidens fiat veniale ; hæc autem et similia communiter aliis non possint esse certo perspecta, neque sub sensum cadant ; certum etiam aliis esse non potest, pœnitentem in hoc vel illo actu externo peccasse mortaliter; vel teneri, si mortaliter peccavit, hic et nunc confiteri. » *Loc. cit.*, n. 104.

sæpius id esse factum. Deinde sponsa omnia negavit. Confessarius, cum, salvo sigillo prioris confessionis, non auderet illam ulterius urgere, secum cogitavit, forsitan putare illam, propter præcedentia sponsalia de futuro, jam sibi licitum esse usum corporum; et sic sub tacita conditione absolvit. Cum paulo post idem casus rursum accideret, et sponsa similiter negaret plures fornicationes, quas sponsus ab eodem tempore fassus erat, a quo sponsa ultimam confessionem fecerat; interrogavit confessarius sponsam, an si hujusmodi rem fecisset, ipsa sciret, quod esset grave peccatum, et illud confiteri teneretur. Illa hoc se bene scire affirmavit. Hinc non amplius patebat ullum effugium. Certum enim erat, quod sponsus non fuisset se accusaturus, si illas fornicationes cum sponsa non commisisset. Certum erat, quod sponsa interea non fuerit confessa. Certum denique erat, quod per ignorantiam invincibilem non posset excusari a gravitate peccati: consequenter, quod sacrilege peccatum mortale reticeret. Cogitabat itaque confessarius, si sponsam sine absolutione dimitteret, et illius loco recitaret tacite oratiunculas : *Misereatur tui, etc. Indulgentiam, absolutionem, etc.* (quas multi confessarii absolutioni præmittere solent; sicut sacerdos in missa confessioni generali easdem subjungit, et sicut etiam parvuli, qui nondum capaces sunt absolutionis, neque a confessariis capaces reddi possunt, communiter his precatiunculis super illos dictis, dimittuntur sine absolutione sacramentali), quod hac ratione neque ageret contra sigillum prioris confessionis: cum ipse usus scientiæ inde perceptæ nullo modo cederet in præjudicium prioris pœnitentis, et pœnitens posterior eum usum nullo modo adverteret, utpote putans, se absolutionem sacramentalem accepisse; et quod neque etiam pœnitenti ullo modo obesset : etiamsi enim putaret, sibi fuisse datam absolutionem, sciret tamen absolutionem fuisse nullam et invalidam; proinde se teneri omnia peccata mortalia rursum confiteri. Consequens ergo erat, potuisse et debuisse confessarium dicto modo negare absolutionem, ne indigno ac incapaci scienter illam impertiret.

Si enim probabilis est sententia S. Thomæ, *in 4, Dist.* 9, *q.* 1,

a. 5, *q.* 1, et aliorum communiter docentium, quod sacerdos uti possit et debeat scientia confessionis ad negandum ipsi pœnitenti, non absoluto propter perseverantiam voluntatis in gravi peccato, sacramentum Eucharistiæ, si id nemine altero præsente petat, etiamsi pœnitens advertat, confessarium uti scientia confessionis, ut fusius ostendam, acturus de sigillo confessionis [1];

(1) Voici le passage auquel Illsung renvoie : « An confessarius, nemine alio præsente, licite possit negare sacram Eucharistiam, quam ex confessione scit peti ab indigno, atque de gravibus peccatis suis a se non absoluto, etiamsi iste advertat, confessarium uti scientia confessionis ?.... Longe communius et probabilius respondetur affirmative.... Quod autem uti liceat, juxta datam affirmativam responsionem, docent S. Thomas, in IV, Dist. 9, q. 1, a. 5, q. 1; Vasquez, Tom. III in 3 p., Disp. 209, Cap. 5, et apud hunc Durandus asserens, approbante Vasq., neminem ante se contrarium docuisse; Alexander, S. Bonaventura, Major, Richardus, Angelus, Tabiena, Victoria, Ledesma, quos refert et sequitur Suarez, Tom. III in 3 part., Disp. 67, Sect. 3; Palao, Tr. XXI, p. 20, n. 20 (qui tamen immemor dictorum suorum id rursum negat Tr. XXIII, p. 19, § 3, n. 20), asserens, certum esse licere, etc... Ratio autem et præcipua probatio nostræ sententiæ ac responsionis est : quia si negando Eucharistiam sacerdos privatim cum ipso solo pœnitente utens scientia confessionis, sacramentum pœnitentiæ non reddit odiosum, et si sine pœnitentis injuria, et quovis alio damno illi negari potest, tunc non tantum licite, sed etiam necessario negatur ; eo quod sacramentum ministrare indigno, et incapaci effectus ac fructus sacramentalis, sine sufficiente causa, a culpa et prohibitionis rigore excusante, sit grave sacrilegium, et simul sacrilega cooperatio ad sacrilegium alienum indigne suscipientis sacramentum, ut argumentantur Autores citati, quamvis Suarez, quoad necessitatem negandi Eucharistiam, Tom. IV, Disp. 35, Sect. 6, n. 4, recesserit a priori sua doctrina. Sed sacramentum pœnitentiæ non redditur odiosum, quia nullum ex negata Eucharistia, ut suppono, et requiro, incommodum vel damnum emergit, nec fit injuria pœnitenti, utpote nullum in tali casu habenti jus ad petendum et accipiendum sacramentum. « *Theologia practica universa de bono et malo morali*, Tract. VI, Disp. VI, n. 254 et 255.

Nous nous contenterons de rappeler ce que S. Alphonse dit du sentiment opposé. » Secunda sententia *vera* negat.... Hæc sententia hodie omnino est tenenda ex supra citato decreto Innocentii XI, ubi vetatur quilibet notitiæ confessionis usus, ex quo sequatur qualecumque pœnitentis gravamen. » *Theologia moralis*, Lib. VI, n. 658.

multo magis, et ad minimum tunc utendum est hujusmodi scientia, si id neque pœnitens, neque ullus alius advertat, neque ulli in præjudicium cedat, si adeoque absque violatione sigilli confessionis fieri possit. Itaque in hoc casu censeo, locum habuisse responsionem allatam ex Suarez, juncta doctrina nostri P. Joannis Dicastillo, *Tr.* 4, *De sacram. Euchar. Disp.* 9, *Dub.* 21, *n.* 491, ubi ait : « Quod aliquando sacerdos audiens confessiones in aliquo publico loco, coram circumfusa multitudine pœnitentium possit simulare, se tunc absolvere pœnitentem, cui vel negat, vel differt absolutionem, sive dicendo submissa voce formulam *Misereatur tui etc.*, aut alias preces, quo jure prohibeatur, non satis apparere videtur. » At si forma sacramentalis ficte et absque intentione proferretur, hanc simulationem merito improbat citatus Autor, quia hoc cederet in gravem irreverentiam sacramenti.

Non dissimulabo tamen, aliter ad relatum casum respondisse nostrum P. Gobat, *Tr.* 7, *n.* 245, qui pro se immerito relato Toleto, *Lib.* 3, *Cap.* 16 [1], et Diana, *part.* 5, *Tr.* 11, R. 21, (*edit. coord. Tom. I, Tract. VIII, resol.* 52), non omnes a me positas circumstantias observante [2], putat confessarium, postquam ex sponso intellexit fornicationem sponsæ, constanter crimen negantis, non potuisse negare absolutionem, tum

(1) Quoi qu'en dise Illsung, le P. Tolét est favorable à l'opinion du P. Gobat, car il dit d'une manière absolue que le confesseur doit s'en tenir sur ce point à l'assertion du pénitent : « tenetur... stare responsis ejus. » *Loc. cit.*, n. 14.

(2) Diana se prononce ouvertement pour le sentiment généralement adopté par les Théologiens : « Quid facere debeat confessarius, *demande-t-il*, si ex confessione unius complicis scit peccata alterius, et alter in confessione tacet ? » Et il répond : «..... Toletus putat non solum posse, sed etiam debere confessarium eum absolvere, si postquam eum interrogavit in communi, an aliquid amplius habeat, quod conscientiam torqueat, respondet se nihil habere ; quia pœnitenti pro se et contra se credendum est, et non est major ratio, cur alteri major fides habeatur quam isti. Unde Fagundez docet in tali casu non posse confessarium differre absolutionem, et ita ego prorsus teneo. » *Resolutiones morales*, Tom. I, Tract. VIII, Resol. 52, n. 2, edit. coordin.

quia revelasset peccatum sponsi, tum quia, esto non revelasset, non tenebatur credere magis sponso, quam sponsæ. Si tamen (addit citatus Autor) aliunde, quam ex complicis confessione, certo nosset, eam mentiri, deberet inabsolutam dimittere, quia nefas est administrare sacramentum ullum indigno. Verum priori rationi jam in mea responsione est cautum. Posterior autem ratio evertitur ab ipso ejus Autore. Nam unde certius noscet confessarius, sponsam mentiri, quam ex complice, se ipsum fide sacramentali sincere accusante de crimine, quod non potuit fieri sine complice sponsa? Aut quis credat sponsum sine ulla causa falso accusare sponsam, et se privare fructu suæ sinceræ accusationis, cum potius præsumptio sit contra sponsam, quod ex sacrilego pudore neget commissum a se peccatum [1]?

On cite comme ayant adopté l'opinion d'Illsung, entre autres, Lacroix [2], Babenstuber [3], Henno [4], Reuter [5], Voit [6] et S. Alphonse [7].

Ballerini ayant prétendu qu'on range à tort Suarez [8] et

(1) *Loc. cit.*, n. 128.

(2) *Theologia moralis*, lib. VI, part. II, n. 1969.

(3) *De pœnitentia*, art. V, § IV, n. 44.

(4) *De pœnitentia*, disp. X, quæst. VIII, petes 4.

(5) *Neo confessarius practice instructus*, part. I, n. 36. Nous ferons remarquer que toutes les éditions de Reuter ne sont pas conformes à la version donnée par les *Vindiciæ Alphonsianæ*. Dans celle-ci Reuter se prononce ouvertement pour l'opinion d'Illsung et Lacroix, *recte tenent*. Dans celles au contraire que nous avons entre les mains, il se contente de rapporter les deux opinions, sans approuver l'une plutôt que l'autre : *tenent*, dit-il. Des deux éditions que nous avons, la 3e et la 4e, l'une a été imprimée en Allemagne et l'autre à Louvain en 1772.

(6) *Theologia moralis*, tom. II, n. 878 et 879. Il est curieux de voir Voit donner comme du même avis les auteurs qui le combattent *ex professo*, tels que Reiffenstuel, le Cardinal de Lugo, etc.

(7) *Theologia moralis*, lib. VI, n. 631.

(8) Dans le passage cité par le P. Ballerini et les *Vindiciæ Alphonsianæ*, Suarez distingue deux hypothèses. La première est celle où le confesseur connaît le péché du pénitent par une voie étrangère *ex alio-*

Viva [1] parmi les partisans de cette opinion, les auteurs des

rum relatione. La seconde est celle où il a été témoin personnel du péché du pénitent. Or, quelle sera, d'après Suarez, la conduite du confesseur dans la première hypothèse? Suarez veut que, quelle que soit la science du confesseur, il s'en tienne à l'assertion du pénitent : « QUANTUMCUMQUE CONFESSOR SCIAT PECCATUM PŒNITENTIS, ex aliorum relatione, tenetur in hoc judicio magis credere ipsi pœnitenti, propter rationem factam. » Dans la seconde hypothèse Suarez distingue : si le confesseur a quelque motif de croire que le pénitent s'est déjà confessé à un autre, il doit se contenter de son assertion qu'il n'est pas coupable de ce péché et l'absoudre. *Tom.* IV *in* 3 *part.*, disp. XXXII, sect. III, n. 9. Mais s'il est évident qu'il ment, il doit lui refuser l'absolution. Les auteurs des *Vindiciæ Alphonsianæ* appliquent aux deux hypothèses cette dernière partie de la distinction de Suarez, laquelle, dans l'esprit de son auteur, doit être restreinte à la seconde hypothèse seulement. Du reste que, dans ce passage, Suarez ne parle aucunement de la connaissance acquise par la confession, cela est évident par ses propres termes, puisqu'il permet au confesseur de se servir de sa connaissance pour convaincre le pénitent : « Non tenetur, *dit-il*, ita stare dictis pœnitentis, ut non possit uti scientia sua ad convincendum et redarguendum ipsum pœnitentem. » Comment pourrait-il le faire sans violer le sceau de la confession? Concluons donc que Suarez ne parle pas en cet endroit de la connaissance acquise par la confession.

Se fondera-t-on, pour prétendre que Suarez partage l'opinion d'Illsung, sur ce qu'il émet aussi le principe que le confesseur doit refuser la communion à un pécheur, dont l'indignité lui est connue par la confession seulement, lorsqu'il la demande en secret? (Cf. *tom.* III *in* 3 *part.*, disp. LXVII, sect. 3.) Mais dans ses ouvrages postérieurs Suarez a posé des principes tout à fait opposés. Ainsi au *tom.* IV *in* 3 *part.*, disp. XXXIII, sect. VI, n. 4, il nie positivement que le confesseur puisse refuser la communion de ce chef. « Si ergo, *dit-il*, sacerdos potest alio titulo se excusare, ne det sacramentum, vel quia non tenetur ex officio, vel quia est occupatus, poterit se excusare, si velit, quamvis non teneatur : quia in utroque se gerit ac si nihil sciret. At vero illo titulo negari non poterit. » Cf. *De virtute et statu Religionis*, tract. X, lib. VIII, cap. V, n. 12.

(1) Viva dans le passage cité par les *Vindiciæ Alphonsianæ* ne parle nullement du cas où le confesseur a acquis la connaissance du péché du pénitent par la confession de son complice ; mais il traite de l'hypothèse où le confesseur peut interroger le pénitent sur ce péché en particulier ; ce qu'il ne peut faire quand sa science vient uniquement de la confession.

Vindiciæ Alphonsianæ ont assayé de le réfuter [1], puis ils ajoutent :

III. Sed parum interest, utrum plures, an pauciores auctores sententiam Patris Illsung approbaverint ; nam S. Doctor eam non approbavit propter Auctoritates extrinsecas, sed propter *rationes intrinsecas*, quæ utique EVIDENTES et CONVINCENTES sunt.

1. Certum est..... Si vero *læsio sigilli evitari potest*, pariter certum est, confessario non licere sacramentum frustrare et sacrilegio cooperari, et a gravissima culpa excusari non posse, si nihilominus pœnitentem evidenter indispositum absolvit. — Atqui nemo negare potest, in casu proposito *evidenter constare*, *sponsam sacrilege confiteri* [2]; et similiter *manifestum est, læsionem sigilli* [3] *ejusque periculum prorsus evitari*, nec ullum damnum sponsæ inferri, si confessarius illam agendi rationem eligit quam Illsung commendat.....

3. Quid, supposita morali certitudine, excipi possit contra rationes modo explicatas, quæ principiis ab omnibus receptis innituntur, non videmus [4].

15. Si les raisons que l'on fait valoir pour cette opinion étaient aussi évidentes et les arguments aussi convaincants, que le disent les auteurs des *Vindiciæ Alphonsianæ*, comment se fait-il que le sentiment opposé soit généralement adopté ? Comment expliquer que l'immense majorité des théologiens embrassent une doctrine qui a contre elle des raisons

Ce qui le prouve encore, c'est que Viva s'en réfère à Suarez et au Cardinal de Lugo, qui restreignent leur solution au cas où le confesseur tient sa science d'une autre source que la confession.

(1) Part. v, Quæst. XXI, art. I, n. I, 1 et 4, pag. 589 et 592.

(2) Comment le témoignage d'une seule personne pourra-t-il jamais constituer une PREUVE ÉVIDENTE qu'une autre personne fait une confession sacrilége ? N'y a-t-il pas là un véritable abus des termes ?

(3) Cela est si peu évident que les adversaires de cette opinion se fondent surtout sur la violation du sceau sacramentel, pour la rejeter. Voir ci-après, n. 16.

(4) *Loc. cit.*, n. III, 1 et 5, pag. 594 et 595.

évidentes et *convaincantes*, des *raisons basées sur des principes admis de tout le monde?* Cela dépasse notre intelligence. Aussi doutons-nous de l'exactitude de ces assertions.

16. Nous disons que le sentiment communément reçu enseigne que le confesseur ne peut refuser l'absolution, lorsqu'il n'a connaissance du péché du pénitent que par la confession du complice, si le pénitent nie être coupable de ce péché [1]. A l'appui de leur sentiment les auteurs apportent deux motifs. Le premier, c'est qu'il intervient dans le refus d'absolution un usage prohibé d'une connaissance acquise par la confession, usage qui constitue une violation du sceau sacramentel. « Alias, *dit très-bien la Théologie du Séminaire de Malines*, abuteretur confessarius notitia ex confessione habita cum gravamine complicis [2]. » Comme le dit avec raison Suarez, l'usage de la connaissance d'un péché acquise au confessionnal, s'il n'a pas pour but le bien même de celui qui l'a confessé, se rapporte

(1) Cf. Henriquez, *Theologia moralis*, lib. VI, cap. XX, n. 6; Mgr Gousset, *Théologie morale*, tom. II, n. 526; Mazzotta, *theologia moralis*, tract. VI, disp. II, quæst. II, cap. II, § III; Billuart, *De pœnitentia*, diss. VI, art. X, § II; Laymann, *Theologia moralis*, lib. V, tract. VI, cap. XIV, n. 24; Reiffenstuel, *Theologia moralis*, tract. XIV, dist. VIII, quæst. III, n. 42; Herincx, *Summa theologica scholastica et moralis*, part. IV, disp. V, n. 56; Fagundez, *Tractatus in V Ecclesiæ præcepta*, præcept. II, lib. VI, cap. IV, n. 37; Card. de Lugo, *De sacramento pœnitentiæ*, disp. XXII, n. 21 et 22; Tamburinus, *Methodus expeditæ confessionis*, lib. III, cap. IX, n. 7; et *Appendix de sigillo*, cap. VI, § I, n. 2; Bonacina, *De sacramento pœnitentiæ*, disp. V, quæst. VI, n. 33; Gobat, *Experientiæ theologico-sacramentales*, tract. VII, n. 245; Sporer, *Theologia sacramentalis*, part. III, n. 802; Elbel, *De sacramentis in genere*, confer. II, n. 44; et *De pœnitentia*, n. 453; Stoz, *Tribunal pœnitentiæ*, lib. II, n. 104; Felix Potestas, *Examen ecclesiasticum*, tom. I, n. 3230; Marchantius, *Resolutiones pastorales*, tract. V, cap. II, n. 6; D'Abreu, *Institutio parochi*, lib. IX, n. 337; Zenner, *Instructio practica confessarii*, § 62, 6; Struggl, *Theologia moralis*, tract. XI, quæst. III, n. 72.

(2) *Tractatus de sacramento pœnitentiæ*, n. 114, pag. 402.

proprement aux actes extérieurs prohibés par Clément VIII, et est par le fait même illicite, à moins que le pénitent ne l'ait expressément autorisé. « Si jam omnino, *dit-il*, non ageretur de remedio pœnitentis, nec de implenda aliqua obligatione, ad quam ipse in conscientia teneatur : sed de remedio alterius ; jam ille usus magis dici posset pertinere ad exteriorem gubernationem, et non esset usurpandus sine libera et spontanea voluntate, et facultate pœnitentis [1]. » Il y aurait donc violation du secret de la confession dans l'acte du confesseur qui refuserait l'absolution dans notre cas.

En effet, le refus d'absolution est, de sa nature, un acte public révélant la connaissance d'un péché acquise en confession, et emportant par conséquent la violation du sceau sacramentel. Le déni d'absolution fait connaître au second pénitent la confession de son complice, ainsi que l'observe Reiffenstuel. « Si tunc posteriori confitenti negaretur absolutio, hoc ipso frangeretur indirecte sigillum confessionis prioris, utendo ejus notitia in præjudicium, ruborem et confusionem complicis [2]. »

17. On objectera contre ce motif que, si le confesseur emploie le moyen donné par Illsung, le pénitent ne pourra s'apercevoir de la violation du secret de la confession.

18. Mais que le pénitent remarque cette violation ou qu'elle passe inaperçue, elle n'en existe pas moins. Ainsi que le dit très-bien Suarez dans un cas analogue : « Est directe contra sigillum, sive complex intelligat sacerdotem loqui ex notitia confessionis, quod frequentius accidet , sive id non intelligat, nam hoc per se sufficit ad fractionem sigilli. Neque ad hoc honestandum sufficit, quod confessor id faciat in bonum pœnitentis, vel ipsius complicis : quia propter nullum finem, quan-

(1) *De religione*, tract. IX, lib. VIII, cap. V, n. 13.
(2) *Theologia moralis*, tract. XIV, dist. VIII, quæst. III, n. 42.

tumvis bonus appareat, frangendum est sigillum [1]. » Le moyen d'Illsung ne sauvegarde donc pas suffisamment le secret de la confession.

19. Outre ce motif, les défenseurs du sentiment commun en font valoir un autre : c'est que, dans ce cas, le confesseur ne doit pas plus ajouter foi au dire du complice qu'à celui du pénitent qui nie. C'est un principe admis par tous les auteurs qu'on doit croire le pénitent aussi bien quand il s'excuse que quand il s'accuse : *Credendum est pœnitenti tam pro se quam contra se* [2]. Quand donc il déclare au confesseur qu'il n'est pas coupable du péché sur lequel il est interrogé, le confesseur doit ajouter foi à son assertion.

20. Qu'on ne nous dise pas que le principe cesse d'être applicable quand il conste que le pénitent ne dit pas la vérité : car le confesseur ne peut jamais avoir cette certitude dans notre cas [3]. Or, s'il n'a pas une certitude véritable, il doit nécessairement croire le pénitent.

21. Nous avouons nos préférences pour ce sentiment. D'abord parce qu'il sauvegarde mieux le secret de la confession. Dans cette matière, il y a un point sur lequel les auteurs de toutes les opinions s'accordent assez généralement : c'est que parmi les opinions controversées on doit donner la préférence à celles qui sont le plus favorables au sceau sacramentel. « Quæres, *demande Benzi*, utram sententiarum oppositarum probabilium quoad obligationem sigilli sacramentalis sequi oporteat, seu expediat? R. cum Diana, tom. 8, initio ; Stoz, L. 2, q. 4, art. 5, sect. 4, § 1 ; La Croix, L. 6, p. 2, n. 1945 ; El-

(1) *Tom.* IV *in* 3 *part.*, disp. XXXIV, sect. III, n. 5.

(2) Cf. S. Thom. in IV, dist. XVII, q. 3, a. 3, q. 5, ad 2 ; Suarez, *Op. cit.* disp. XXXII, sect. III, n. 9.

(3) Nous ne répèterons pas les preuves que nous en avons données ci-dessus, n. 9-12 ; nous nous contenterons d'y renvoyer.

bel, Confer. 19, § 3; aliisque omnibus, vel fere omnibus. Quoad obligationem sigilli sacramentalis, dictarum sententiarum oportet, seu expedit sequi illam, quæ eidem sigillo favet; tum quia sequendo sententiam probabilem sigillo sacramentali faventem, relicta sententia probabili opposita, securius evitatur periculum violationis ejusdem sigilli, quod periculum totis viribus evitandum est; tum quia sequendo sententiam probabilem sigillo sacramentali non faventem, relicta sententia probabili opposita, vix umquam non incurritur, saltem apud rudiores putantes idem sigillum violari, scandalum [1]. » Or il est évident que le sentiment généralement admis est plus favorable au secret de la confession, puisqu'il refuse au confesseur le pouvoir d'user de la connaissance qu'il tient de la confession du complice.

22. Un autre motif de nos préférences est que nous trouvons dans le moyen proposé par Illsung une simulation du sacrement non suffisamment justifiée. Qu'il y ait là une véritable simulation du sacrement de pénitence, cela résulte de ce que nous avons établi dans une autre circonstance [2]. Ceux qui admettront qu'il y a, dans l'hypothèse, une véritable simulation, devront nécessairement soutenir, comme conséquence, qu'il est illicite de recourir à ce moyen. La 29e des propositions condamnées par Innocent XI permettait de simuler l'administration d'un sacrement en cas d'une crainte grave [3].

(1) *Praxis tribunalis conscientiæ*, Disp. II, Quæst. VII, Art. 1, n. 5. Cf. Fagundez, *Loc. cit.*, cap. V, n. 16; Gobat, *Loc. cit.*, n. 853; Viva, *Appendix ad propositiones damnatas*, § IX, in fine; Roncaglia, *Universa moralis Theologia*, tract. XIX, Quæst. VI, Cap. I, *Regulæ in praxi observandæ*, I; Herzig, *Manuale confessarii*, art. II, n. 511.

(2) V. ci-dessus, pag. 331 et suiv. C'est aussi la remarque de la *Théologie du séminaire de Malines :* « Videtur esse, *dit-elle*, simulatio sacramenti, quæ, juxta dicta n. 43, De sacram. in genere, semper est illicita. » *Loc. sup. cit.*

(3) « Urgens metus gravis, *y lit-on*, est causa justa sacramentorum administrationem simulandi. »

La condamnation de cette proposition nous semble interdire l'emploi de ce moyen.

23. On nous répond que cet argument est sans force, puisque la simulation du sacrement est permise pour cacher aux assistants le refus d'absolution. Voici en effet ce qu'on lit dans les *Vindiciæ Alphonsianæ* : « cum autem quis objicere posset, *simulationem* sacramenti non licere, Dicastillum interpellat (Illsung), quatenus ad occultandam absolutionis negationem, eamdem praxim observandam esse docet. Ceterum non tantum Dicastillus, sed etiam alii DD., et quidem communiter hanc praxim admittunt [1]. »

24. Il y a trop de différence entre les deux cas pour qu'on puisse sérieusement les mettre sur la même ligne. D'un côté, vous avez deux lois en présence : celle qui défend la simulation d'un sacrement, et celle qui prescrit de garder le sceau de la confession. Dans l'hypothèse, il est impossible de les observer toutes deux. A laquelle donnera-t-on la préférence ? Tout naturellement à la plus importante des deux, et par conséquent à celle qui défend de violer le secret de la confession. C'est pourquoi les auteurs ne font aucune difficulté d'admettre qu'il soit permis de simuler l'administration du sacrement dans ce cas [2]. Mais avons-nous quelque chose de semblable dons notre cas ? Le sentiment généralement adopté par les Théologiens ne fournit-il pas le moyen de garder le sceau sacramentel sans simuler l'administration d'un sacrement? Il n'y a donc aucune comparaison à établir entre les deux cas.

(1) *Loc. cit.*, pag. 591.

(2) Cf. Cardenas, *Crisis theologica in propositiones damnatas ab Innocentio XI*, Dissert. xx, n. 52 ; Viva, *Damnatæ theses*, Propos. xxix Innoc. XI, n. iv et xi ; Kresslinger, *Succincta declaratio propositionum damnatarum*, Cap. iv, Propos. xxix : Griffini. *Damnatarum propositionum censura*, Lib. iii. n. xxxii.

